



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Clavdii Espencei Theologi Parisiensis De Evcharistia, Eivsque Adoratione, Libri Qvinque

Esponce, Claude d'

Parisiis, 1573

Liber Tertivs, Quvi Est De Vtrivs Qve In Christo naturae adoratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30397



LIBER TERTIVS,
 DE SACROSANCTA EVCHA-
 RISTIA, QUI EST DE ADO-
 ratione vtriusque in vna Iesu Christi
 persona, naturæ.

*Schola Recentioris, siue Scholastica Theologica
 sententia.*

CAPVT PRIMVM.



V M sententiarum Theolo- *Lib. 3. dist. 9.*
 gicarum Magister, duas super
 hac re sententias iam tum po- *Zuinglius*
 fuerit, mirum est nobis Eucha *infra. lib. 5.*
 ristiam adorantibus, ab aduer- *cap. 6.*
 sariis obiici Lombardi disci-
 pulorum ac interpretum, quos
 Quæstionarios & Sententia-
 rios contemptim vocant, con-
 sensionem super pura Christi

humanitate non adoranda, quia creatura. Horum au-
 tem quid quisque hîc dixerit, immensi esset operis colli-
 gere, & nihil alioqui necesse, sed ab vno & altero, illo
 veterum, hoc recentiorum diligentissimo licuerit reli-
 quos discere. Hanc igitur illi quæstionem sic efficiunt, & *Thom. par.*
 persoluunt, Duo in eo qui honoratur, considerari, & id *3. quæst. 25.*
 cui honor exhibetur, & honoris causam. Propriè autem *art. 1. et. 2.*
 ac per se honorem toti subsistenti rei sic exhiberi, vt si- *et ibid. caie*
 quando partem contingat honorari, non secundum se, *tan. Diony.*
 nec nisi propter id ipsum totum, & quia totius pars est, *Carthusia.*

De fide Or. honoretur: Honoris autem causa, est honorati excel-
ghodoxa. lentia, vt si quo in homine sint plures honoris causa,
part. 3. arti. praelatio, scientia, virtus, erit ex eius quidem qui hono-
34. quest. 1. ratur, parte, vnus honor, secundum honoris autem cau-
st 2. sas, plures. Cùm ergo in Christo vna sit persona, & plu-
 res naturæ, plures adorandi causæ, eius erit propter
 personæ vnitatem vna adoratio, secundum diuersas ho-
 norandi causas, vt sapientiam increatam & creatam,
 &c. plures. Nec verò mirum hoc sit aut inconueniens
 sic de Filio distinctum, cùm & ipsi Patri alius propter
 deitatem, potentiam & creationem honor, alius pro-
 pter dominium & generalem omnium gubernationem
 debeat. Illum latrîam, hunc duliam quidam vocant,
Latria. quanquam hoc posterius vocabulum commune est ad
Dulia. vtriusque honoris species, vt ibi, Seruite Domino in ti-
Laur. valla more, Ἀδύσωσπι τῷ κυρίῳ, &c. vt sit hoc de persona Pa-
annotat. in tris allatum, quasi, vt ij loquuntur, simile, ad id quod
Mat. 4. ca. de persona Filij sequitur. Cuius humanitas (retentis
Psal. 2. Scholæ voculis & differentiis) considerata vt res, ado-
 ratur latrîâ, Sic enim Christi humanitatem, carnem,
 corpus adorare, nihil est aliud quàm verbū humanatum,
 incarnatum, corporatum adorare. Considerata autem vt
 adorandi ratio, colitur honore, non quidem cū aliis ei
 creaturis sanctis communi, sed excellentiori, qui à qui-
Hyperdulia busdam hyperdulia dicitur, pro ea nimirum quæ in eius
 est humanitate, omnium Dei munerum & gratiarum
 excellentia, plenitudo, atque perfectio, vel nihil veter
 vnam Christi personam pro sua quidem diuinitate siue
 natura diuina, honore diuino adorari, pro humanitate
 autem sua siue humana natura, quatenus & quantum à
 deitate seorsim abstrahi intelligi potest, honore coli in-
 ter creaturas præcellenti. Cæterum quia honor propriè,
 vt prædiximus, ac simpliciter non est nisi terminantis
 passiuè actum honorandi, hunc autem non terminat
 nisi persona cui exhibetur honor, Ecclesia patres & Sy-
 nodos (de quibus statim) secuta, alterum illum humani-
 tatis, vt à diuinitatis subtilibus intelligentiis abstrahitur
 aut separata intelligitur, honorem vt improprium in
 mente retinet, quia patres sic interim locutos inuenit, ad

evitandos de pluribus in Christo personis errores: honorem autem proprium & simplicem, qui non nisi rei subsistenti competit, nobis proponit, & vnica Christum cum Patre & spiritu sancto adoratione adorandum docet, sic ab eodem ipsemet edocta, vt omnes honorificent Filium sicut honorificat patrem. Vnde in litanis solennibus, Christo, qua verè deo, idem quod patri & spiritui sancto clamamus, miserere nobis, non etiam eidem qua homini, & verè tamen homini, idem quod diuis, ora pro nobis. Et in sacris mysteriis corpus & sanguinem Dominicum, vt dominum ipsummet summo honore colimus, non distinguentes, aut certè non abstrahentes corpus ab eo cuius est corpus, sic aut similiter precates, domine non sum dignus, aue corpus, aue sanguis, aue salus mundi, &c. Arque hic est Ecclesie vsus. Sicubi ergo Cinglius carnem aut humanitatem Christi puram, siue separatam aut separabilem credit, per nos licet ne adoret. Nos qui non eam modò non separatam, sed ne separabilem quidè esse credimus, vbi eam cunq; agnoscimus, ibi vt à Dei verbo indiuisam adoramus, non id primùm à Scholasticis mutuati, sed cum eis à patribus patrumq; Synodis in catholica fide ex Dei verbo edocti, vt sequitur ex Damasceno. vt ab hoc ordiar quem hinc potissimùm secuti sunt & citauerunt sententiarij: vt cuius de Orthodoxa fide librorum quatuor, & totidem de Theologicis Petri Lombardi sententis, idem sit argumentum, idem propemodùm ordo. Vnus, ait, est christus, Deus perfectus & homo perfectus, quem adoramus cū patre & spiritu vna adoratione cum immaculata eius carne Neque in adorabilem carnem dicimus, Nam adoratur in vna verbi hypostasi, quæ & ipsi (carni) hypostasis facta est. Neque creaturam colimus, nam non vt nudam carnem adoramus, sed conitam diuinitati, & vt in vnam personam, & vnam hypostasin Dei verbi, duæ eius reuocatae sunt naturæ. Timeo quidem carbonem tangere, propter ignem ligno coniunctum: adoro Christi simul vtriuque, propter carni, coniunctam conitamq; diuinitatem. Idem penè per eadem tradit libro de duabus Christi naturis, ita, si duæ sunt personæ Christi, sedent ad dexteram patris Cherubico

*Ioan. 5.**Litanie.**Eucharistie
preces.**Damasceni**et Petri**Lombardi**librorū idem**argumentū.**Lib. 3. ca. 8.**Carbo. li-**gnum igni-**tum.*

- Trinitas.*
P.F.S. folio, easque vnà cum Patre ac Spiritu res omnis creatura veneratur & adoratur. Ita non Trinitatem adoramus, sed prohibeat Deus ne alij rei seruiamus, nisi sanctæ Trinitati. Patri, qui vna est persona: Filio, qui carnem assumpsit, & vnà personâ cum sua carne constitit: & Spiritui sancto, qui etiam vna persona est: Deus, inquam, prohibeat, ne alij nisi sanctissimæ seruiamus Trinitati. Vt enim gladius igne micans, vbi ignem & flammam recepit, vnus etiam est, sic Christus vnus & vna persona post incarnationem. Vtque gladium flammorum attingere non audeo, non propter ferri naturam, sed ignis cum ferro coniunctione: sic Filium Dei Verbum carni coniunctum veneror & adoro, vnâque carnem, nõ propter carnis naturam, sed propter Dei Verbum carni coniunctum. Regem vnâ cum purpura adoro, purpuramque propter Regem veneror. Atqui Regis & vestis non est hypostatica coniunctio, nec interminata, neque sempiterna, qualis contra in Christo Deo nostro est. Itaque vt vnum sanctæ Trinitatis, vnâ cum Patre & Spiritu sancto, Christum incarnatum Dei Filium & Deum veneror & adoro. Citat eo vbi antè loco, Scholiastes Cassiodorum ex Augustino, exponentem corpus Domini de Maria Virgine sumptum, scabellum diuinitatis eius, propter assumptam humanitatis naturam: Pedes, diuinitatis stabilitatem, quæ semper in naturæ suæ omnipotenti gloria, tanquam indefecta pedum stabilitas, perseverat. Huius ergo Verbi assumptum corpus, quamuis gloriosum, magnum, adorabile, propter humanitatis tamen humilitatem, scabellum pedum competenter accipimus. Itaque cum admonemur adorare scabellum pedum Domini, sacratissimâ Christi carnem, quatenus Deitati vnita, & in eandem hypostasim coniuncta est, adoratione colere iubemur. Perinde atque Regis purpura, cum eam Rex indutus est, vnâ cum Rege adoratur, seiuncta, non eo digna honore censeatur. Idque tum rationi consonum est, tum & scripturarum veritati, vt in quibus Christus etiam vt homo, quia idem quoque Deus sit, adorandus proponitur, adeoque adorari prædicatur, vt illud prophetæ, Adorate eum omnes Angeli eius, Apostolus adductum in testimonium
- Gladius ignitus.*
- Purpura Regia.*
- D. Clichto uetus super Damascen. Psal. 98. Scabellum. Pedes.*
- Purpura.*
- Psal. 96. Hebr. I.*

ad demonstrandam Christi excellentiam, vertit, Adorēt. Sic enim considerata Christi caro, quatenus vnitur Verbo, iam reuocatur ad hypostaticæ vnionis rationem, & consideratur, vt cum Dei Verbo in vnitate personæ conspirat. In qua consideratione, adoranda venit singulari cultu & latriâ, hoc enim pacto attendentes, in personæ semper dignitatem aspiciamus. Non inquam, quatenus per seipsam consideraretur, non habita Verbi, cui vnitur, ratione, summa quæ Deo vni debetur, veneratione ac reuerentia adoranda, sed vt attenditur Verbo Dei in vnitatem personæ assumpta, cui meritò debetur omnis cultus & adoratio. Quod adhuc Ioannes insinuat dicens, *Latria.* Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam quæ in cælo est, & super terram, & sub terra, & in mari, & quæ in iis sunt, omnes audiui dicentes, Sedit in throno, & Agno, benedictio & potestas, & gloria in secula seculorum. Vbi per sedentem in throno, Christi diuinitas (iuxta quosdam) per Agnum, eiusdem designatur humanitas, cui nihilominus omnis vbique creatura omnem dat gloriam. Sed quid id fiat, nisi Christi humanitas, vt vnita Verbo, ab omni vbique creatura cum omni reuerentia & honore adoretur? Vnde idem & in eodem opere Damascenus de Sessione Christi ad dexteram Patris, Sedit, ait, conglorificata carne eius, Adoratur enim cum sua carne ab omni creatura. Et, Filium Dei cum Patre & Spiritu sancto adoramus, incorporeum quidem ante humanitatis assumptionem, & nunc eundem incarnatum, & factum hominem, & cum hoc Deum existentem. Caro igitur eius secundum ipsius naturam (si subtilibus cogitationibus dispecas quod videtur, ab eo quod intelligitur, cogitationeque humanitatem à diuinitate præscindas), inadorabilis est vt creatura, vnita autem Deo Verbo, propter ipsum & in ipso adoratur. Eo namque modo quo Rex adoratur & nudus & indutus, & purpura vt nuda purpura proiicitur atque conculcatur, facta autem regius amictus, honoratur, vt si quis proterere præsumpserit, non raro morte mulretur. Vtique lignum, nudum quidem, ta- *Sedens in throno.* *Agnus.* *Lib. 4. cap. 2. 3.* *Purpura.* *Carbo.*

ctui non est inaccessible, sed igni coniunctam & carbo factum, non propter seipsum, nec naturâ suâ, sed vt ignitum: sic caro secundum sui naturam non adorabilis (adoratione vtique summa seu diuina) adoratur in incarnato Deo Verbo, non propter coniunctum ei secundum hypostasim Deum Verbum. Nec dicimus quòd nudam carnem adoramus, sed Dei carnem, id est, incarnatum Deum. Hæc Damascenus autor vetus, vt nihil sit Aquina

Manuductiones familiares.

tè aut alios irridere, docentes honorari vel totum in partibus, vel hominem quoque in externis, in veste, in statua, in nuncio, ad hoc probandum & explicandum manuductionibus Regiæ purpuræ, & carbonis vtentes. Et permulta inuenias in rerum natura, quæ cum per se talia non sint, propter aliud cui coniuncta sunt, talia fieri.

Corpus & anima.

Corpus si nudum & anima destitutum consideres, humanum licet appareat, humanum non est, ac ne animatum quidem, neque viuit, propter animam cui iungitur vel reiuungitur, viuificatur, semper quandiu ei compactum fuerit, victurum.

Ferrum & ignis.

Ferrum per se densum & opacum, & sic tangibile, insito ignis feruore lucet, candet, ardet, tactui non impunè peruium, semper, siquidem igneum illud ab eo non sperandum cogites, vt ignitum, sic lucidum, candens, exurens, intractabile. Sic cum humanitatem à Diuinitate assumptam, & indissolubiler ei vnitam coniunctamque credamus semper ita permanfuram, & semper proinde coadorandam colèdamque, liceat sanè subtilibus intelligentiis, vt loquitur Damascenus, sed inter perfectos, vt cum Paulo loquar,

I. Cor. 2.

*Natura
duæ vnæ
D. persona.*

carnem Christi puram proponere, atque ita creaturam, absolutè videlicet, & secundum seipsum consideratam, hoc est, duas in vna Christi personâ naturas, ad euitandam earum confusionem distinguere quidem, sed non dirimere, dispescere, separare. Hactenus post Damascenum Scholasticum.

Latinorum doctorum testimonia.

C A P. I I.



T hoc est quod Augustinus (si quis fortè
 nec Damascenum admodū magnificat) lo-
 co illo celebri de carnis Dominicæ in my-
 steriis esu & cultu, ex manuductione terre,
 ut est scabellum pedum Domini, Ad terrā,
 ait, cum te inclinas & prosternis, non quasi terram intue-
 raris, sed illum sanctum, cuius pedū scabellum est, quod
 adoras, propter ipsum enim adoras, quia, inquit, sanctū
 est. Quis sanctus est? in cuius amore adoras scabellū pe-
 dū eius. Quem cum adoras, ne cogitatione remaneas in
 carne (quā scilicet diuinitati non vnitā, aut huiusmodi
 cōsideratā) & à spiritu non viuificeris, & cæt. Et hæreticis
 alibi ita replicantibus, Quid quod carnē eius, quam crea-
 turam esse non negas, simul eam diuinitate adoras, ei-
 que non minus quā diuinitati deseruis? Ego Domi-
 nicam, ait, carnem, imò perfectam in Christo huma-
 nitatem propterea adoro, quòd à diuinitate suscepta,
 & Deitati vnita est, vt non alium atque alium, sed v-
 num eundemque Deum & hominem, Dei filium con-
 fitear. Denique si hominem separaueris à Deo, illi nun-
 quam credo, nec seruiō. Vt si quis nostrūm purpuram,
 aut diadema Regale iacens inueniat, nunquid ea cona-
 bitur adorare? Cum verò ea Rex indutus fuerit, peri-
 culum mortis incurrit, si ea cum Rege simul adorare cō-
 tempserit. Ita in Christo Domino humanitatem non
 solam aut nudam, sed diuinitati suæ vnitam, vnum Dei
 filium, Deum verum & hominem verum, qui adorare
 contempserit, æternæ mortis pœnam patietur. Viderit-
 nè Latina hæc Græcus Damascenus & Augustini æ-
 qualis, an alter iunior, non admodum refert: Vide-
 runt certè & citant vbi antè sententiarij. Huius Catechi-
 stos Ambrosius, ex Filij etiam in carne cultu sic spiri-
 tum colendum colligit, Si Arriani, ait, ideo negant a-
 dorandum spiritum, quia Deus adoratur in spiritu, a-
 dorandam ergo veritatem negat quia Deus adoratur in
 veritate. Nam plures licet sint hominum veritates, do-
 natæ tamen sunt à veritate diuina, quod est Christus, vt
 ipsemet ait de se. Quo loco si veritatē intelligunt ex vsu,
 intelligāt etiā gratiam spiritualē, & nihil est offensionis,

*Psal. 98.**Terra sca-
bellum Do-
mini.**De verbis.**D. Sirm.**58.**Photin.**Samosaten.**Purpura.**Diadema.**De spiritu
sanctoli. 3.**cap. 12.**Arriani.**Spiritus a-**adorandus.**Ioan. 4.**Veritas &**veritates.**Ioan. 14.*

Matt. 28. aut si veritatem Christum accipiunt, adorandum negent.
Luc. 24. Sed refelluntur factis piorum, & serie scripturarum, A-
Psal. 96 doravit enim Christum Maria, Resurrectionis ad Apo-
Hebr. 1. stolos prænuncia. Adorauerunt & Apostoli & Angeli. A-
Infirmatio- dorant autem non diuinitatem solùm, sed etiam scabel-
nis adoran- lum pedum eius, quia scriptum est, & cetera. Aut si negent
da mysteria, etiam incarnationis Dominicæ adoranda mysteria, in
 quibus quædam velut vestigia diuinitatis expressa, & vias
 quasdam Verbi cœlestis aduertimus, legant quia & Apo-
 stoli adorabant eum in carnis gloria resurgentem. Ergo
 si nihil derogat quod Deus adoratur in Christo, quia
 adoratur & Christus, nihil utique derogat quod Deus a-
 doratur in spiritu, quia & spiritus adoratur. Tum subie-
 cto scabelli pedum Domini ex Psalmista loco toties ante
 ventilato, Carnem, ait, Christi hodieque in mysteriis
 adoramus, quam & Apostoli in Domino Iesu adorarunt,
 Neque cum adoraretur tanquam Dei Filius, natus ex Vir-
 gine negabatur. Cum igitur incarnationis adorandum
 sit sacramentum, sit autem ea spiritus sancti opus, haud du-
 biè is etiam adorandus est, quando adoratur ille qui se-
 cundum carnem natus ex eo est. Quod ne quis deriuet
 ad Virginem Mariam, erat templum Dei, non Deus tem-
 pli, Ideoque solus ille adorandus, qui operabatur in tem-
 plo. Nihil ergo afficit quia Deus adoratur in spiritu, quia
 & spiritus adoratur. Quamquam si verba consideremus,
 quid est, in spiritu & veritate adorare oportet, nisi ut nec
 ad gratiam spiritalem, nec ad veræ conscientiæ fidem
 referas, sed personaliter (si tamen verbum hæc diuinæ
 maiestatis expressione dignum est) de Christo accipias
 & spiritu? Et quid est, adoratur in Christo Pater, nisi quod
 hic in illo est, loquitur, & manet, quasi verus Deus sem-
 piternus in vero Deo cœterno? Ergo ut per vnitatē po-
 testatis coadoratur in Patre Christus, cum Deus Pater a-
 doratur in Christo, ita & per eandem coadoratur in Deo
 spiritus, dum Deus adoratur spiritus. Et paulò post, in
 veteri testamento dicendo Pater, Faciamus, ostendit Fi-
 lium secum adorandum, quasi omnium conditorem. Ut
 ergo in Filio creatura discutitur, quorum Filius creator
 accipitur, sic etiam cum Deus in veritate adorari dicitur,
 verbū

*Caro D. in
mysteris a-
doratur.*

Luc. 1.

*Maria Dei
templum.
Ioan. 4.
Personaliter.*

*Coadoran-
tur personæ.
Gen. 1.*

verbi ipsius proprietate in eundem modum frequenter expressa, debet intelligi quòd & Filius adoretur. Similiter itaque adoratur & Spiritus, quia Deus adoratur in spiritu. Ergo Pater & cum Filio adoratur, & cū Spiritu, quia Trinitas adoratur. An verò negat aliquis adorandam diuinitatem Trinitatis aeternæ, cum & scripturæ diuinæ in-
Trinitas a-
doratur.
 explicabilem maiestatem exprimant Trinitatis? vt & dicit Apostolus, Deus illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in faciem Christi Iesu. Hanc quippe claritatem viderunt Apostoli, cū
1. Cor. 4.
 Dominus Iesus diuinitatis suæ luce in monte fulgeret, viderunt, & in faciem prociderunt. Putasne illos, vel cū
Matt. 14.
 prociderent, nō adorasse, cū fulgorē diuini luminis cor-
Marc. 9.
 poralibus oculis sustinere non possent, & splendor lu-
Luc. 9.
 cis aeternæ aciem visus mortalis obduceret? Aut quid aliud tunc temporis dixerunt videntes eius gloriam, nisi,
2. Pet. 1.
 Venite adoremus, & procidamus ante eum? Hactenus
Psal. 94.
 Ambrosius, quem breuius epitomare non potui, pro rerum atque verborum nexu atque vicinia, qua quantam solicunque Deo adorationem, prout soli ea debetur, ar- roget ac tribuat, Christi tamē eam humanitati adeo non abrogat nec derogat, vt ex huius à Verbo Dei susceptæ cultu, Spiritum quoque vt huius susceptionis opificem colendum colligat, assumptam certē à Filio carnem, nos eandem in sacris adorare, quam in terris adorarunt Apostoli. De Christi autem cultu idem sic alibi, Hic vnus est, per quem saluati, hanc illi reuerentiam quam Deo Patri, debemus, ipso volente. Sic enim aliàs ait Paulus, Qui
Ad Ro. 15.
 in his seruit Christo (*δοξέωσθαι*) placet Deo, acceptus est illi. Si enim soli Deo seruiendum dicit (lex) & Christo
Rom. 14.
 seruire præcipit (Apostolus) in vnitare Dei est Christus, nec dispar aut alter Deus, quando cū soli Deo seruiendum commouetur, Christo seruiens, Deo placere dicatur. Et alibi citās & aliud, Vt in nomine Iesu omne genu
Ad Ro. 9
 flectatur, cœlestiū, terrestriam, infernorum, Hæc, ait, sunt
Phil. 2.
 omnia, super quæ Deus Christus est. Nec enim excepta aliqua sunt, vt non super omnia Deus Christus, sit nec potest genu flecti ab omni creatura, nisi Deo. Denique Ioannes Apostolus cū in scius Angelum, vt Deum a-

Apoc. 22. dorare vellet, audit ab eo, Ne feceris, quia conseruus tuus sum, Deum adora. Nec Dominus utique adorari se pateretur, nisi quia Deus est, Si quo minus, vsurpasse dicendus est, & peccasse, quòd absit, cum diabolicum increpans, Deum adorandum, eique soli seruiendum ostendit. Nihil ergo præiudicatur Deo Patri, cum adoratur Christus vt Deus, quia cum soli Deo seruiendum dicatur, seruiatur & Christo. Quid ergo superest, nisi vt Pater Deus, & Filius Deus, vt vnus nihilominus Deus credatur. vterque siue enim Patrem quis adoret, siue Filium, vnum Deum dicitur adorare: & seruire Patri aut Filio, vni Deo seruitium exhibetur. Nulla ergo discretio est, quia qui adorat Filium, adorat & Patrem: & qui seruit Patri, seruit Filio. Et ad id. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, Vt agnitionem, ait, acciperent sacramenti Dei in Christo, aduertentes has esse sapientiæ & scientiæ diuitias, si agnoscat Christus in Deitatis suæ plenitudine adorandus, nec colendus alius præter hunc requiratur, & cætera. Eadem de hoc tum fuit Hieronymi fides, Qui Danidicum illud iuxta septuagesimo. Apprehendite disciplinam, ex Hebræo Nasku Bar, vertit iuxta literam, Osculamini, iuxta sensum, Adorate Filium, Hebræis iuxta linguæ suæ proprietatem, Osculationem pro veneratione ponentibus, apertissima de Christo Prophetia, & ordo præcepti, Adorate Filium, ne fortè irascatur Dominus, hoc est, Pater, & pereatis, vt Iudæi, qui Filium adorare noluerunt. q. d. facite Christo debitum fidelitatis homagium, incorporemini Filio, vnione in corpus eius mysticum, quasi osculo, Recipientes & apprehendentes doctrinam ab eius ore proprio proferendam. Eius vos disciplinæ humiliter subiicite. Adorate autem purè, vt & idem propter vocabuli ambiguitatem vertit Hieronymus, vt Aquila & Symmachus, electè, id est, sine fictione, adoratione Patriæ, Deum, de filiatione enim æterna hîc agi: quanquam quod sequitur, ne irascatur, filio magis hominis conuenire videatur. De quo quâ Deo incarnato, Nos, inquit idem alibi, hominem seorsum nec colimus, quod nefas est, nec adoramus, sed Deum

Matt. 4.

Luc. 4.

Ad Roma. 14.

Col. 2.

Psal. 2.

Et in Rufinum.

Eyo.

Burgensis.

Galatim.

Lib. 3. ca. 7.

Latria.

Serm. de assumptione.

B. V. M.

Homo seorsum non colitur.

magis incarnatum, qui proprium sibi corpus animatum
 vnuit. Ita vt Deus Verbū caro fieret: & nō in aliū quen-
 libet, sed in semetipsum caderet vnitas, qui vnus & verus
 Dei Filius semper erat. Ideirco non alium quā eūdem
 ipsumque Dei Filium & colimus & adoramus. Et multis
 multa de scabello superiore opinantibus, prophetam &
 loco corpus Dominicū dicere exponit, in quo maiestas
 tanquam super scabellum stat, sanctum enim & alibi di-
 ci. Et quōd adorari debeat, eo ascendente Apostoli do-
 cuerūt, cum adorātes regressi sunt in Hierusalem. Sed &
 ad animam hęc referenda sunt, inquit. Et Christi ergo
 etiam animam scriptor hic adorandam, eadem qua cor-
 pus ratione, quia nimirum assumptam, dicit. Et in scho-
 liis ad id Pauli, Vt in nomine eius omne genu flectatur,
 & cetera. Vt omnes, ait, simul hominem adorent cum
 Verbo assumptum, vel, vt ibi Perimasius, hominē in Ver-
 bum assumptum, vtrius enim sint hęc scholia, non excu-
 rio. Et ad id prophetæ, Maledictus homo qui confidit in
 homine, si ita est, Fotinus autē & Samosatenus, quamuis
 sanctum & cunctis excelsum virtutibus prædicent salua-
 torem, hominem tamen (solū) cōfitentur: maledicti er-
 go erunt spem in homine habentes. Quod si nobis oppo-
 nitur, quōd & nos credamus in eo qui se dicit hominem,
 respondemus illud Apostolicum. Etsi Christum secun-
 dum carnem aliquando cognouimus, sed nunc iam non
 nouimus. Et idem se inscribit Apostolum non ab homi-
 nibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum,
 & cetera. Sed si mors absorpta est ab eo in victoria, qua
 re non carnis humilitas propter humanam salutem as-
 sumpta in diuinitatis transierit maiestatem: vt fecerit
 vtrunque vnum, & non adoremus creaturam, sed crea-
 torem, qui est benedictus in secula, & cetera. Et ad alte-
 rius prophetæ, Adorabant ad ortum solis, Omnes no-
 stri (ait) temporis hæretici, qui Dei Filium prædicant
 creatorem, & tamen adorant eum, relicto diuinitatis
 templo, & post tergum habito, sua ipsi confessione crea-
 turam adorare se dicunt. Nos autem sic adoramus so-
 lem iustitiæ, vt Deum adoremus, & cetera. Et hic quan-
 tumcumque solius creatoris adorandi assertor, non etiam

*Psal. 98.**Luc. 24.**Animæ**Christi a-**doranda.**Philip. 2.**Hier. 17.**Fotin.**Samosaten.**Ioan. 8.**2. Cor. 5.**Gal. 1.**Ose. 13.**1. Cor. 15.**Rom. 9.**Heb. 8.*

*Lib. 2. de
Trinitate
Magi.
Matt. 2.
Angeli.
Luc. 2.*

*Canone 3.
in Matt. 4.
Deus in ho
mine adora
tur.*

creaturæ, Christi tamen carnem, quæ ea in datatis transit maieſtatē, non negat adorandum, adeoque in Christi homine ſp̄s penere, prophético diuinoque maledicto non eſſe contēdit obnoxium. Vnde Hilarius, Magi, ait, inuolutum pannis adorant, & poſito in cuniſgenu ſelectunt, ſic per eos cunarum ſordes (abſit verbo inuidia, aut etiã calumnia) adorantur, vagitus per Angelorum diuina gaudia honorantur. Aliud intelligitur, aliud videtur: aliud oculis, aliud animo conſpicitur. Parit virgo, partus à Deo eſt: infans vagit, audiuntur laudantes Angeli: panni ſordent, Deus adoratur. Ita poteſtatis dignitas non amittitur, dum carnis humilitas adoratur. Et ad id Chriſti, Vnde Satana, Dominum Deum tuum adorabis, Temeritatis, ait, tantæ, qua ſe diabolus adorari voluerat, congruū tulit exitum, cum & criminum ſuorum in ſatana nomen audiuit, & Dominum Deum ſuum in homine adorandum cognouit.

Græcorum Patrum testimonia.

C A P. III.

*Homil. 5.
in Eſa. 43.
Iuxta lxx.
Ioan. 3.
I. Cor. 1.
Chriſtus
iuſtitia.
Pſal. 98.
Homil. 6.
in Iofue 5.
Iofue ado
rauit Ieſum
hominem
deum.*



IC Origenes (vt ad Græcos veniamus, præter Damascenum loco antè nō ſuo, ſed nō ſine occaſione citatum) ad illud, *Quis ſuſcitauit ab Oriente iuſtitiam, vocauit eam ad pedes ſuos?* Pater, inquit, Filium viuentem & ſubſiſtentem iuſtitiam exurgere fecit ab Oriente, non iſto ſenſibili, ſed de veræ lucis oriente, quò ob noſtram ſalutem ad nos iter faceret, & de cœlo descenderet, quò nemo aſcendit, niſi qui inde descendit, Filius hominis. Vocauit autem Pater Filium, imò vt verè dicamus, Deus hominem vocauit iuſtitiam ad pedes ſuos, id eſt, incarnationem Filij ſui. Ideo & adoramus ſcabellum pedum illius, iuxta quod ſcriptum eſt, *Adorate ſcabellum pedum eius, quia ſanctum eſt.* Caro ſiquidem Domini honorem Deitatis aſſumit, aſſumpta vtique à diuinitate, ne huc fortè putes Latinos tantum ad eum verſiculum ſpectaſſe putemus. Eodem alibi interprete, Ieſus Nauæ hominem videns euaginato in manu eius gladio, non eum

velut communem hominem intuitus, sed virtutem quādam esse intelligens, nondum tamen certus ex diuinis virtutibus, an ex contrariis vna foret, non omni spiritui credens, sed spiritus, num ex Deo essent, probans, interrogauit, Nosterne es, an aduersariorum? Quem cum respondentem audiuisset, Ego sum princeps militiae virtutis Domini: adorauit, dicens, Domine, quid praecipis seruo tuo? Nimirum cognoscens, quod is esset non ex Deo tantum, sed & quia Deus. Nec eum adoraturus, nisi Deum esse agnouisset. Quis enim alius princeps militiae virtutis Domini, nisi D. N. Iesus Christus, per quem omnia, sub quo principum principe omnis caelorum militat militia, quique principibus super ciuitates largitur principatum? At Iudaei Christum (nec adorant) nec inuocant, vt in quem non credant: quo enim modo (vel adorarent) vel inuocarent, cui, quem, & in quem non credunt? Vnde aliam epistolam Paulus inscribens omnibus qui inuocant nomen Domini Iesu, eum cuius nomen inuocatur, Deum esse pronunciat Si ergo Enos, Moses Aarou, Samuel inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos, sine dubio Christum inuocabant: & si inuocare Dominum & adorare Deum, vnum idemque est, sicut inuocatur Christus, sic & adorandus: sicut offerimus Deo Patri primo omnium orationes, postulationes, gratiarum actiones, ita Christo ea offerimus. Vnum enim vtrique honorem deferendum sermo docet diuinus, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Sic leprosus antequam poteret adorare coepit: antequam rogaret, culturam ostendit, pro hoc ipso Deum & Dominum inuocans, adorabat eum. Vt magi prius procidentes, adorarunt eum, & ita demum ei munera obtulerunt, eodem iste modo nunc cadens adorabat, & sic supplices obrulit preces, Domine, inquit, tu qui dignè adoraris, & meritò coleris, te ergo vt Dominum adoro, &c. Gentilibus contra, qui sibi videbantur probabiliter nos reprehendere, quasi qui si alium praeter vnum Deum, nullum coleremus, possemus deos alios meritò videri contempere, nunc verò cum recens exortum, qui que super apparuit (hominem) immensis extollamus honoribus, superstitionisusque colamus, nihil tamen

Iesus princeps militiae virtutum Domini.

Iudaei.

Ad Ro. 10.

Inuocatio.

vt adoratio diuinitatis argumentum.

1 Cor. 1.

Gene. 5.

Psal. 98.

1 Tim. 2.

Ioan. 5.

Matt. 8.

Leprosus.

Magi.

Matt. 2.

Lib. 8. contra Celest.

Gentiles.

*Ioan. 10.**Hebr. 1.**Col. 1.*

*Offerrimus
Deo per
Christum.
Christus ut
Pontifex
offert no-
stro Deo.
Christi no-
mina.*

*Hebr. 1.**Sap. 7.*

nos credamus in Deum delinquere, quod eius ministro tam reuerenter seruiamus, sic Celso, inquam, arguanti sic respondit idem olim Origenes, Siquidem Christi teneret illud, Ego & Pater vnum sumus, Et illud eiusdem Patrem orantis, Sicut ego & tu vnum sumus, non putaret nos alium præter vniuersorum Dominum colere. Nam & dicit, Ego in Patre, & Pater in me est. Vnum enim Deum Patrem & Filium colimus, de cæteris nulla apud nos ratio. Nec recens ortum, quasi prius non fuerit, honoramus. Credimus enim dicenti, Antequam Abraham esset, ego sum, Vt Ego sum veritas. Nec nostrum quisquam adeo ineptit, vt opineur veritatis essentiam substantiamve ante aduentus Christi tempora non fuisse. Religiosè ergo colimus Patrem veritatis, & veritatem Filium. Sic duos, vt quicumque viderit Filium, cum is sit splendor gloriæ Dei, & figura substantiæ eius, in ipso Deum, vt in imagine Dei, viderit. Eat nunc Celsus, & ex eo quod vnà cum Deo Filium eius collimus, colligat nos non solum Deum, sed eius quoque ministros adorare. Nos vnum Deum, & vnum eius Filium, Verbum, imaginem votis & precibus, quantum possumus, honoramus, offerentes ea Deo vniuersorum Domino per suum Vnigenitum, eidem primùm oblata, supplices, vt qui est propiciator pro peccatis nostris, dignetur tanquam pontifex nostras preces & sacrificia offerre Deo Opt. Max. In Deo itaque nostra fides consistit, per cõfirmantem eam in nobis eius Filium. Propter quem nõ est quod Celsus nobis seditiones obiiciat. Veneramur enim Patrem, eò quod admiramur eius Filium, Verbum, Sapientiam, Veritatem, iustitiam, & quicquid didicimus esse Dei Filium è tali Patre progenitum. Et Celso sic replicanti, si Christianos doceas non esse hunc Dei Filium, sed illum esse Patrem omnium, quem solum reuera coli oportet, non hunc colent nisi vnà cum illo sectæ suæ autore, quem vocant Dei Filium, non quod Deum magnopere non venerentur, sed quod istum plus nimio colant & extollant. Nos edocti, respondet Origenes, quis sit Dei Filius, minime splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, vapor virtutis diuinæ, emanatio claritatis om-

omnipotentis Dei syncera, candor lucis aeternae, speculū immaculatum Dei maiestatis, & imago bonitatis eius, certò scimus hunc esse Dei Filium, & Deum huius Patrem, & in hoc sermone nihil indecens, aut malè Deo congruè talem ei substituere Filium, nec persuaderi nobis potest hunc qui talis ac tantus est, non esse ingeni Dei & Patris unigenitum Filium. Quod si Celsus aliter audiuit ab iis qui id negant, ipse viderit, & qui secus docet. Nos hūc ipsum Dei Filium esse asserimus, Dei, inquam, quem (si Celsi verbis utendum est) magnopere veneramur, & Filium eius maximis à Patre honoribus auctum agnoscimus. Hęc ille de cultu Christi Dei hominis pro Christianis cōtra Iudæos & Gentiles, omissis pauculis, quæ secutum post Arianismum subolerent. Contra quā hæresim propius rem nostrā, clarius item à distinctius de vtriusque in Christo naturæ cultu sic Athanasius, Nos, inquit, creaturā non adoramus, absit. In Ethnicos & Arianos id delirium cōpetit: Sed Dominum rerum creatarū, incarnatum Dei verbum adoramus, Nam etsi caro per se pars sit rerum creatarum, Dei tamen corpus effecta est, quod seorsum discriminatum à Verbo adoratione non prosequimur, nec Verbū adoraturi, id à carne seponimus, sed illud in carne situm Deum agnoscimus. Quis ergo tam vecors, ut ei ita loquatur, Absiste à corpore, ut te adorem? tam impius, ut cum Iudæis propter corpus ei dicat, Cur tu, cum homo sis, Deum te facis? Atqui non istiusmodi Leprosus erat: adorabat enim Dominum in corpore, Deumq; esse persentiebat, nec ob carnē arbitratus creaturam esse Dei Verbum, neque quia Verbum erat opifex rerum, carnem, qua id indutum erat, pro nihilo habens, sed ut in re creata creatorē subsistentē adorabat, ideòq; mundatus est. Quodq; maius & mirabilius, Pendente in cruce Domino, cum eius ibi corpus esset, & in corpore Verbum, Centurio nihil omnium ex rebus creatis Ariana audaciā cogitavit, num incarnato Verbo medendum esset, sed quamvis eum hominem esse intueretur & cum illo turbæ, rerum tamen eum conditorem agnoscebant: humanam licet vocem audirent, non eum tamen ideo creaturam autumabāt, imò maiorem in modum inhor-

*Oratione 5.
ad Adolphum.*

*Ariani.
Caro sine
corpore Do-
mini seor-
sum non a-
doratur.*

Ioan. 10.

Leprosus.

Matt. 8.

Matt. 27.

Marc. 15.

Luc. 23.

Centurio.

Phil. 2.

*Templum
circa.*

Propitiatorium.

Hebr. 9.

Exod. 23.

34.

Deut. 16.

Sic p̄st R̄

sticus ca. 5.

pag. 112.

Caro Dei

templum.

Templum

vetus novi

figura.

Matt. 24.

Marc. 13.

Luc. 21.

Luc. 1.

Corpus Do-

mini ami-

rescebant, nihilque minus sic agnoscebant, quasi è sancto templo suo vocem edidisset, Sol obtenebratus, scissæ petra, terra tremens, velum ruptum, resuscitata corpora: rerum natura rem creatã non adorabat, nec ob eius carnem eũ recusavit adorationibus prosequi, sed ideo adoravit, quia vidit suum opificem architectũque in carne consistere. Et in nomine Iesu omne genu flectebatur, & in posterum flectetur, & omnis lingua confitebitur eum esse in gloria Patris. Non enim caro ignominiam attulit Verbo Dei, absit: sed potius caro per Verbum Dei glorificata est. Nec quia ferulem formã assumpsit, qui in forma Dei est, quicquam diminutus est in sua Deitate, sed vniuersẽ potius carnis rerũq; creaturũ inde liberator & vindex effectus. Et paulò p̄st sic perorat, Quapropter, dileste, qui Dominum diligunt, sic admoue & instrue: qui Iudam sequuntur, sic dedoce, vt agnoscant nos, qui Dominum in carne adoramus, non creaturam adorare, sed creatorem corpore creato indutũ. Porro velim te ab eis exquirere, Cũ Israëlitis edicebatur vt Hierosolymam ascenderet, Dominum in templo adoraturi, vbi erat Arca, & super eam Cherubin propitiatorium inumbrantes, rectene fecerint, an contra? Si malẽ fecerunt eo quòd legi obtemperauerint, cur qui legem contẽnuunt, p̄nis subiciuntur? Scriptum est enim, Quod qui contẽpserit, & nõ ascenderit, exterminabitur de populo. Sin verò rectẽ fecerunt, eãq; re Domino placuerunt, quĩ, quãso, nõ digni sunt sapius perire, qui prisci erga templum populi reuerentiam laudant, Dominum in carne, vt in templo suo, adorare recusant? Atqui templum prius lapidibus & auro constructũ fuit, vtpotẽ figura, quod superueniẽte veritate exolescit, cuius nec lapis super lapidẽ, iuxta Christi verbum, non disturbatus manserit. Nec tamen qui id videbant lapidẽ esse, arbitrati sunt Dominũ in eo oracula edentẽ, lapideum aut creaturam esse, nec templũ vilipendebant, procul inde adoratũ abeuntes: sed illud ingressi, ritẽ ac legitimẽ Deum è templo suo oracula edentem coluerunt. Quod cũ ita se habeat, quĩ fieri posset, vt Domini corpus vndiquaque sanctissimum, ab Archangelo Euangelizatum, à Spiritu sancto formatum, amiculumq;

Verbi Dei, non sit adorabile, cum Verbum manu sua corporea febricitantes sanauerit, humana voce mortuos excirauerit, manibus in cruce protensis principes aeris prostrauerit, viam nobis ad caelum strauerit? Ergone qui templum vilipendit, vilipendit & Dominum qui in templo est, qui disgregat Verbum a corpore suo, gratiam in eo nobis datam non reprobatur? &c. Quapropter ne ideo quia corpus res creatura est, Verbum quoque rem esse creaturam censeatis. ne quia Verbum res creatura non est, corpori eius obrectetis, &c. Et contra eosdem, Adoratur ab Angelis, non tantum ut gloria maior, sed ut alius, discretus, seiunctusque a conditione creaturarum omnium: Patri tantummodo aequalis secundum rationem substantiae: Si enim ideo quia gloriam sublimior, adoraretur, par erat ut omnia inferiora superioribus se adorando inclinarent, sed id ita non est. Creatura siquidem creaturam non adoratur: sed quae seruilis sunt conditionis, dominos: & quae creaturae sunt, Deum adoratione colunt. Vnde Petrus Cornelium, Angelus Ioannem adorare se volentes inhibuerunt, Deum, dixit hic, adora: Et ille, homo sum, solius hoc est numinis. Quod ab Angelis non ignoratur, qui ceteros licet gloriam transcendant, creaturas tamen se, nec in adorandorum, sed adorantium classe agnoscunt & computant, Conseruus, aiebat ille, tuus ego sum. Et alius, Non mihi offer, sed Deo. Ab omnibus contra tamen Angelis, tunc genibus Dominus adoratur, Tibi, ait propheta, serui erunt, supplicabunt, adorabunt. Non est Deus praeter te. Et discipulos se adorare permittit, instruens eos quisnam sit, Magister, inquit, sum & Dominus. Thomam eum vocantem Dominum Deumque suum non impedit, & verbis uti concedit, quibus & propheta, Dominus ipse virtutum & exercituum, Deus verus, Omnipotens, alioqui non adoratus fuisset, si villo modo creatura fuisset. Nunc autem, quia creatura non est, sed proprium ex Dei adorandi substantia germen, & naturalis Filius, ideo adoratur, & Deus creditur, & Dominus, & autor, & omnipotens, eadem quae eius Pater, ratione, &c. Si qui cauillantur, Deum habitantis more in carne sua fuisse, repudientur: Deum licet in nobis habitare quod dicunt, recipiatur. Id enim scriptura

culum &
organum.

Matt. 23.

Serm. 3.

Act. 10.

Apoc.

19. 21.

Psal. 96.

Hebr. 1.

Esa. 45.

Ioan. 13. 20.

Psal. 23.

Sabaoth.

De incarnatione
Verbi Dei.

- Leuit. 26.* testatur, Habirabo in illis, & obambulabo. Alioqui nihil
2. Cor. 6. inter nos & Christum discriminis esset. Quem si homi-
Sancti. nem adoras, eo quod ibi inhabitet Dei Verbū, vnā quo-
 que operā Sanctos adoras, ob Deum in eis domicilium
 habētem. Nos Dominum nostrum spiritu Deum, carne
 hominem esse fatemur. Procreationem ex fœmina irri-
 deant licet increduli, & carnis esse, nō Deitatis, ganniāt,
Gal. 4. Dicimus Deum carni adunitum, & eatenus ex muliere
De incar- factum, natum, vnum esse. Sed respondebitis, Nos rem
natione creatitiam non adoramus. O stulti, cur nō cogitatis crea-
Christi. tum Domini corpus non auferre adorationem eius qui
 increatus est? Et quia increati corpus factum est, ideo e-
 ius corpus dicitur, cuius factum est, ac ei proinde sacra
 offertis, vestram adhibetis adorationem, eaque de causa
 legitimè adoratur, & diuina colitur adoratione. Deus e-
 nim Verbum est, cuius proprium est corpus. Ideo cū
Matt. 28. accessissent ad eum mulieres, pedes eius tenuerunt, &
De comuni Deum adorauerunt. Quod si contentiosius agant hære-
essentia Pa- tici, alium esse Patris dominatum, alium Filij, mirum cur
tris, & Fi- sustineant duobus inferuire, cū vox Domini sit, id ne-
lij, Et Spiri- minem posse. Si alius est Patris, alius Filij, & potestatem
tus sancti. diuidis, quomodo regnum coles? non possunt simul coli
Matt. 6. duæ, nisi ordinis eiusdem, potestates. Nemo adorat Re-
 gem & eius præfectum. Vbi enim par dignitas, ibi par a-
 doratio. Non permisit tibi Christus honorem diuidere,
Ioan. 5. Hæc, inquit, est voluntas Patris, vt omnes honorent
 Filium quomodo & Patrem, Honora Patrem, vt hono-
 res Filium, vel potius honora Filium, vt Patrem hono-
Ioan. 15. res, & contumeliā in Filium Deus suam putat, Qui enim
 odit me, odit & Patrem, dicit Dominus. Non recipit Pa-
 ter honorem erga se, cū Filius eius contumelia affici-
 tur. Hactenus Athanasius tantus diuinitatis Christi af-
 fertor, & humanitatis tamen eiusdem simul adorator,
 adeo nemo alterutri Domini naturæ litem mouit, qui
 non & super ipsius cultu litigarit: Nemo contrā de vtrā-
 que rectè sensit, qui non idem vtriusque cultum propu-
 gnarit. In ea enim naturarum coniunctione, quā constat
 Dominus, vt rectè disseruit post Athanasium centū plus
 minus annis Anastasius Antiochenus patriarcha, super

eius passione & impassibilitate, In hac inquam, natura-
 rum in Domino vnione, necessarium prorsus est credere
 aliud quiddam intercessisse præter corpus & animam, v-
 troque *venerabilius*, idque quod præcellit & principalius
 quiddam est: corpus quidem ipsum discipulis in cibum
 præbuit, animam autem pro amicis posuit, hoc pacto suã
 erga nos eximiam declarans charitatem. Quid autẽ hoc
 erat? Diuina nimirum eius maiestas terreno corpori co-
 unita, adeo citra vllam humanã passionis corruptelam,
 vt miracula Deo quidem Verbo præcipuẽ ascribẽda ve-
 nirent, sed per quã & caro simul glorificabatur, clavis li-
 cet cruci affixa, lanceã ictu perforata, aceto potata, à suã
 denique legis violatoribus omne contumeliarum genus
 vltro sustinens, sed habens secundum subsistentiam sibi
 cõunitam impassibile Dei verbum. Quique ea ex carne
 excernebatur sanguis, puncturis expressus, esse cõsebatur
 (prout erat) incorporei & incruẽti Verbi cruor, iuxta ra-
 tionem, qua Christus vtrãque cõstans natura vnus est,
 Deus quippe simul & homo. Hęc ille. Sic autẽ ex corpo-
 ris à Verbo assumptione, & in eo adoratione, vtrunq; de
 anima iidem patres collegerant, & tutati erant aduersus
 Apollinarem imperfectã in Christo œconomiaẽ autorẽ,
 vt qui à Verbo assumptam negaret modò animã, modò
 mentem, seu animam mente ac ratione præditam: sic ani-
 mã humanã nec medicinam, nec salutem, nec honorem
 relinquens, qua corpus tamen regitur, quã autem nostri
 pars à Deo suscepta non est, eadem nec sanata est, sed sa-
 lutis expers, & inhonora relicta. Atqui corpus huma-
 num hoc, & ita terrenum, ab inuisibilibus virtutibus &
 omni cœlorum intellectuãli militia adorari fatebatur.
 Quo ergo modo anima vt ad imaginem condita, & cor-
 pore profectior, infra ipsum mãsit, in terris remãsit, non
 à Filio Dei suscepta, & sic hucusque contumeliis peccati
 conclusa, incurata, & inhonorata? Nam & hoc alioqui
 si quis concesserit, concesserit idem tandem corpus esse
 anima rationali præstãtius sibi quidem corpus & à crea-
 tore assumptum, sanatumque est, & à creaturis etiam cœ-
 lestibus adoratur. Vnde Aquinas tantò post sic propo-
 nenti, Anima Christi, siquidẽ non esset Verbo vnita, esset

*Lib. 4.**Christi cor-
pus, Ani-
ma, deitas.**Miracula
Christi.**Sanguis.
Cruor.**Anima à
verbo assu-
ptio, & as-
sumpta a-
doratio.**Apollina-
ris.**Theod. ret.
lib. 5. cap. 3.**Tripartit.
lib. 9. ca. 3.**Nicophor.
lib. 12. c. 4.**Corpus Do-
mini ado-
ratur et ab
angelis.**Par. 3. que-
stio. 25. ar-
tic. 1. et 2.*

tamen propter eam quam habet, sapientiæ & gratiæ excellentiam, veneranda. Nihil autem ei per hoc quod verbo vnita est, dignitatis est subtractum: Natura ergo humana in Christo propria quadam veneratione, præter eam quæ diuinitati eius tribuitur, veneranda est, sic respondet, animam quidem, etiamsi non fuisset vnita Dei verbo, fuisse tamen futuram id, quod in homine principalissimum est: Sed qui ea vnita est personæ digniori, ei personæ præcipuè debetur honor, cui ea vnita est. Neque per hoc tamen diminuitur eius animæ dignitas, sed augetur: humana enim tota, nedum animæ, natura dignior est in Christo quàm in nobis, quia dignius est alicui in alio se digniori, quàm per se existeret. Adora, ait breuiter non minus quàm doctè pièque

*In sanctum Nazianzenus, illum qui pro te suspensus est. Venerare
lauacrum. verbum. Atqui Christus non in carne modò passus, vt ait
1. Pet. 4. Petrus, vt eam colamus, sed & in anima, eâ vel ad mor-
Matt. 26. tem vsque tristatus, quidni eam quoque adoremus? Et vt
Mar. 14. de cultus ratione non dubitemus, Latriam alibi vocat, a-
Ioan. 12. libi indiuisibilem Filio cum Patre vt diuinitatem, sic ho-
Latria. norem. Sic ibi suos alloquens, popule mi, Christo cul-
Oratione ad tum (latriam, quam vocem græcam prior reliquit inter-
episc. Egypti pres latinas) offerre censeas. Hic ita, hoc omnibus de
appulsum. nobis affirma, nos Dei Filium, ex Patre primùm, ac dein-
Epist. 2. ad de ex S. V. Maria genitum, coniungere, nec Filios duos
clidonium. nominare, sed vnum & eundem in diuinitate indiuisibili
Filius vnus, & honore adorare. Et ex eiusdem cultus genere colligit
non duo. passim aduersus Ariomanitas Epiphanius, eum & vocari
Heres. 69. & esse Deum Dei Filium, nec gratiâ, vt alios, sed naturâ,
Ariomanita vt vnicum, quòd & nondum incarnatus, incarnandus
filius D. na adhuc, & post etiam incarnatus adoratur ab omnibus
tura, nõ gra creaturis, etiam Angelis. Et siquidem Filius solùm voca-
tia. Christi retur, vt & reliqui Dei filij, Ergo nec ab aliis differt, &
ante Et post quomodo sicut Deus adoratur? Oportebat igitur etiam
incarnatio- alios omnes, de quibus nomen adoptionis dicitur, velut
nõ adoratus. eum adorari, quoniam Dei etiam filij appellantur. At
Filij D. a- veritas non sic habet, sed nouit semper vnum Dei vnigen-
doptiui. nitum filium, cui omnia cultum diuinum præstant, quem
adorant, cui omne genu flectitur, &c. Et, si non est verus*

Deus, nec adorandus est. Et si creatus est, non est Deus. *Phil. 2.*
 Et si non est adorandus, quomodo igitur Deus prædica-
 tur? Et, quomodo creauit Deus Deum in adorationem
 proponens: quomodo creauit sibi Filium, & adorari
 præcepit, cum toties dicat, creaturam ne adores? Stultum
 enim est, stultum inquam, creaturam deificare, hoc est,
 primum Dei præceptum reprobare, Deum tuum adora- *Deut. 6.*
 bis, eique soli cultum præstabis, soli seruias. Sancta ergo
 Dei Ecclesia, nõ creaturam adorat, sed Filium genitum,
 Patrem in Filio, Filium in Patre cum Spiritu. Et, horren-
 dus ac terribilis angelis Filius Patris, citra ambiguitatem
 ab his qui vitam cupiunt, creditur & adoratur. Et, si non-
 dum regnat, quomodo reperitur semper adorari ab an-
 gelis & archangelis, & ante aduentum in carne, & in ad-
 uentu in carne? vt de ipso scriptura dicit, Cum induxerit *Psal. 96.*
 primogenitum in orbem terrarum, adorent ipsum om- *Hebr. 1.*
 nes angeli Dei, & flectet se ipsi omne genu, &c. Et di- *Phil. 2.*
 ctum illud magni cantici à Mose conscripti, Adorent *Deut. 31.*
 ipsum omnes filij Dei, confortent eum omnes angeli,
 tantò post impleri inuenimus, cum visus est ab angelis *Luc. 22.*
 confortari, non vt ei robur darent aut adderent angeli, *Angelus*
 qui angelorum confortatione non indigeret, sed ipsum *Christum*
 confortent, hoc est, confitendo propriam ipsius fortitu- *Deum ado-*
 dinem ipsi attribuant. Sic aliàs saepe debiles, Deum be- *rat. homine*
 nediximus, & confortauimus, nostra alioqui neque be- *confortat.*
 nedictione, neque confortatione indigentem, dicentes,
 Tua est potentia, tuum robur, tuus honor, tua benedi- *1. Par. 29.*
 ctio, gloria, fortitudo, non hæc quidem ei omnia dantes,
 sed dantis potius potentiam confitentes, & fortitudinem
 attribuentes. Sic angelus admiratione super Domini sui
 erga homines benignitatis excellentia, quòd cum Deus
 esset, cum patre in cælo adoraretur ab angelis, vltro non
 modò carnem induisset, sed ad crucis vsque mortem se
 pro sua creatura demississet, quo ea per ipsum, contra
 mortem trophæum erigeret, & hostem mortis, domi-
 num triumpharet & aboleret. Hæc inquam, angelus ad-
 miratus, Dominum proprium in tali studio & admirabi-
 li actione consistentem glorificans ac benedicens, dice-
 bat, Tua est adoratio, potentia, fortitudo, &c. Sic illud

Mosaicum superius implens, Laudent, adorent, confortent eum omnes angeli Dei. Hæc ille, Locus certe iuculentus, sed cuius sensum Epiphanius & Spiritum magis secutus sit, quam vel Hebræorum, vel septuaginta literam. Idem in Aërium ex Sanctorum inter sacra memoriis separat Dominum ab hominum (parorum videlicet) ordine, per honorem, inquit, quem ei exhibemus, & ut adorationem ei præstemus, id considerantes, quod *separatus*. Dominus non est ulli hominum adæquatus, etiam si milles & ultra in iustitia quicumque homo degat. quo enim modo id possibile? Ille enim etiam Deus, hic homo tantum, &c. Et aduersus Anomoeos, Adoras Filium Dei, aut non adoras? Adoro, inquis, Deum adoras, an nō? Deum, inquis, adoro. Qualis ergo Deus, qui apud te creatus dicitur, & adoratur? siquidem enim vnum creauit adorandum Deus, & hunc adorari voluit, reliqua verò omnia creator non vult adorari, imò accusat adorantes creaturam, quique creaturam præter creatorem colunt. *Qui* ergo præcipit ne adorentur? num personarum acceptor? Absit. Sed in hoc quod vnus adoratur, ostendit prorsus alium esse eum qui adoratur, præter creaturam, & aliam creaturam, quæ non adoratur præter adorandum Dominum, Filium Dei ex Patre natum, qui ideo quod ex ipso genitus est ei similis, ea propter & adorandus ab omnibus est. Nec ita post, eodem, hoc est! adorationis argumento colligit Filium vt Patri non dissimilem, aut dissimili adæquatum, alioqui & alia dissimilia & inferiora adoranda, nec iam amplius vnus cum eo, hoc est, vna Trinitas, Deitas, adoratio, ita non simile vnum verbum omnibus verbis, nec vnum Filium omnibus sic allegoricè vocatis æqualem, non enim est cum omnibus, sed per quem omnes: omnem autem creaturam non adoradam, vt quæ dissimilis Patri sit, qui adoratur in Filio: & Filio qui in Patre adoratur cum sancto Spiritu. Et aliquantò ante, *Quis* ex Christianis salutarem Dei prædicationem edocetis, hac relicta, per fabulosum tuum errorem persuasus, relinquat Deum semper existentem & Sanctum eius Spiritum, vt à te audiat de genito (facto) Deo, quò & inter stultos censeatur, vt qui didicerit adorare creaturam.

Hæres 75.
Christus
cultu à cate
ris hominib.
separatus.

Hæres. 76.
Christus ex
cultu, Deus
patri aqua-
lit, non crea-
tura.

Rom. 1.

Filius patri
similis, non
dissimilis,
nec adæqua-
tus.

Trinitas v-
na, Deitas,
adoratio.
Filij all go
ricè dicti.

Actij fa-
bula Her-
ores.

Rom. 1.

ram præter creatorem? Aliquantò item post, Addis & legi naturæ & fidei pietati, vt meliores (scilicet) fiamus ex donato Deo, vt ex ingenito genitum intelligamus dignitate adæquatum, quo qui apud te adoratur dissimilis, æqualis ei, qui secundum te prædicatur dissimiliter, inueniatur. Siquidem ergo Patrem adorauisti, nomine nudo & per Ironiam simulationemque honorem obtulisti, Si & Filium, Patri cum tamen agnoscens dissimilem, confusionem es in adoratione operatus, dissimilem nempe dissimili æqualiter veneratus. Sin verò præ incredulitatis tuæ præsumptione negabis te adorare Filium, redargueris ab omnibus, cum non agnoscens, qui debet ab omnibus adoratur, vt quem adorent omnes angeli Dei, & adorauit Maria gloriose in carne suscitatur, & omnes eius discipuli. Non enim facti nomen habet aut creati, genitum ex Patre sciunt, & adorant existentem ex eo qui est, & sanctum ex ipso spiritum. Paulo post, Tribus his nihil aliud simile secundum naturam, neque adorationem, vt potè de nihilo creata, & non adorando. Horum nihil, inquam, Patri adæquatur aut coadoratur. Non dixit, Qui non honorat angelos velut Patrem. Neque tantum, Qui non honorat etiam Filium, sed, Filium sicut Patrem, Similiter & Spiritum, & cæt. Et adhuc post, Diuiso adorando ab his qui adorant, adoranda est Trinitas, adeoque sola adoratur, In qua Patri vt cooperantur, ita & coadorantur Filius & Spiritus sanctus. Cum ergo constans ac certus nos doceas de his qui creaturæ diuinum cultum præstiterunt, quod stulti facti sunt, quomodo non idem inconstans & incertus inuenieris, simul Deum (Filium) pro creatura accipere, & hunc tamen adorare, cum fidei natura reiiciat adorationem à creato, & creatum ab adorando? Alioqui talis fides (creaturam vt creatorem adorans) idololatria potius erit quam diuinus cultus. Creaturarum enim diuersitas, earum licet alia aliis præcellant, non distinguit honoris æqualitatem. Nam cum in eis seruum sit creaturæ nomen, non liberum, si vna in parte quod seruum est, adoratur, nihil differt adoratio ab alia parte, etiamsi inferior sit liberum.

*Patrē nomī
ne tenus ado
rat, qui filiū
dissimiliter,
nec equali
ter adorat.*

Psal. 96.

Hebr. 1.

Mat. 28.

Luc. 24.

*Trss perso
ne coadorā
de.*

Ioan. 5.

*Trinitas so
la adorāda.*

Filius &

*Spiritus san
ctus Patri*

coadoratur.

Rom. 1.

Creatum et

adorandum

pugnant.

Creaturæ

*nomen ser
uum, non*

liberum.

In ancorato Haftenus Epiphanius de Christo quidem adorando, sed
quà filio Dei Deo, itaque patri coadorando, quia coëf-
fentiali, &c. Nihilne verò super eodem quà homine ho-
B.V. Maria minis filio, colendo, & corporis eius cultu? Sic igitur de
genita ex hoc noster hic alibi, Ait contentiosus aliquis & ambi-
viro, & mu- tiosus, Ecquid dicis corpus ex Maria? nimirum assumptum.
liere. Maria verò quid? creata an increata? creata etiam dici-
mus, genita ex viro & muliere. Corpus igitur ex Maria
quid? Adoras saluatorem incorporatum, an non adoras?
Purpura. Quomodo verò non adorabo? Si enim non adorauero,
non habeo vitam. Creaturam igitur adoras, corpus vitæ
que. Næ ingens eorum vafania, qui talia dicunt. Et rex
enim purpuram iudutus ab omnibus adoratur. Num er-
go purpura an rex adoratur? Clarum est quòd rex: co-
adoratur autem cum eo etiam & purpura quam gestat,
quam vbi exiit, & in locum reposuit, non amplius ea ve-
Thronus stis adoratur. Sedet item in templo saepe rex in proprio
regius. throno, & in eo regem adorant adorantes, vbi verò sur-
rexit, nemo neque templum neque thronum adorat. Ne-
mo autem adeò insanit, vt regem in aliterutro adorare
volens, ei dicat, Egredere de templo tuo, vt te adorem.
Templū dei Sic sanè nemo dixerit vnigenito, dimitte corpus, vt te a-
corpus Do- dorem: sed adorat cum corpore vnigenitum, increatum
mini. cum sancto, quod veniens accepit, templo. Nemo item
dicit, Surge ex throno, vt te adorem citra thronum, sed
Crucifixum adorat regem cum throno. Itaque & Christus adoratur
adoramus. cum corpore sepulto, quod & resurrexit. Et aliquantò
Rom II. post, Crucifixus ergo, crucifixus est Dominus, & adora-
Simile ca- mus crucifixum, sepultum, suscitatum, assumptum ad ce-
tholicum. los. O altitudo diuitiarum & sapientiæ Dei! &c. Vides
Demōstrat. hoc simile Latinis esse hinc cum Græcis commune, vt iam
Euang. lib. non tam Scholasticum sit, quam catholicum. Epiphanius
8. cap. 1. aliquantò anterior Cæsariensis Eusebius, eundem hunc
Gene. 49. Christi cultum demonstrat ex Iacob ad Iudam proph-
Iudas à fra- tia, Quòd laudandas esset à fratribus suis, manus in ter-
tribus ado- rum inimicorum iniecturus, adorandus à filiis matris
ratus, Chri- suæ. Quæ suum in Christo finem consecuta sunt, quo
stus à disci- tempore dum miras virtutes & prodigiosa miracula ede-
pulis. ret, admirationi erat, & laudabatur à suis discipulis &
Apostolis

Apostolis, quos etiam fratres vocare non grauabatur. *Matt. 28.*
 Hunc inquam, fratres illi miraculorum gratiâ tanquam *Ioan. 21.*
 mirabilem virum duntaxat ab initio laudabant, vnum *Hebr. 2.*
 aliquem de prophetis, vt verisimile est, suspicati. At e- *Psal. 21.*
 iusdem actiones omnem fidem superantes, intuiti, ante
 crucem & post, & in ipsa cruce, de morte huius seculi
 domina, de malignis, spiritibus huius mundi principi-
 bus, & omnibus inimicis suis victoriam, tum verò Deum
 illum esse credentes, adorauerunt, & completum est il-
 lud, Adorabunt te filij Patris tui, omnes videlicet qui in *Psal. 96.*
 cælo sunt Angeli, spiritus inseruientes, ac diuinæ pote- *Hebr. 1.*
 states, necnon in terra degentes Apostoli, & post eos *Luc. 24.*
 quicumque per ipsum vni & soli vero Patri Deo se addi-
 xerunt, qui vbi Deum verbum Christum esse didicere,
 tum se illum vt Deum adorare confessi sunt. Hoc vtique
 soli conuenit Christo, cui repositum fuit vt adoraretur à
 fratribus, & expectaretur à gentibus, vt mox in Ambro-
 sio sequitur. Idem in non absimili Iosephi somnio, sui *Gene. 37.*
 à sole, luna, & stellis vndecim (quot idem fratres habe- *Epistol. 80.*
 bat) aliquando adorandi prognostico, secutus Augusti- *Ioseph à stel-*
 nus, Ecclesia, inquit, est sol, luna, stellæ, cui dictum est, *lis, Christus*
 Speciosa vt luna, electa vt sol. Ab hac adoratur Ioseph *ab Ecclesia*
 noster in hoc mundo, velut in Ægypto, ex humillimo *adoratus.*
 sublimatus. Nam Iosephum illum mater certè adorare *Cant. 6.*
 nõ potuit, antè defuncta quàm Iacob venisset ad filium,
 vt prophetici somnij veritas adimplenda Christo Domi-
 no seruaretur. Secutus & in hoc inquam, sensu catechi-
 stem suum Augustinus Ambrosium hinc ita percontan-
 tem, Quis ille est, quem parentes & fratres adorauerunt *Lib. de Io-*
 super terram, nisi Christus Iesus, quando eum Maria & *sph. cap. 2.*
 Ioseph cum discipulis adorauerunt, Deum verum in il- *Et 3.*
 lo esse corpore confidentes, de quo solo dictum est, lau- *Psal. 148.*
 date eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumē?
 De vtriusque item in Christo naturæ coniunctione sic
 Chrystostomus, Theophylactus item eius collector, ac
 penè simius, ad id, Pater dedit omne iudicium Filio, Ne *Ioan. 5.*
 audientes autorem Patrem esse Filij, intelligamus quasi *Pater autor*
 sic eius sit, vt & creaturarum, autor, ideoque honoris in- *Filij.*
 troducamus imminutionem, In nullo, ait, minor est Pa-

*Ariani Iu-
dei sunt.*

Matt. 28.

*Humana
natura ab
hominib. in
Christo con-
demnata ab
angelis ado-
ratur.*

*Humana na-
tura prius
serua, nunc
imperat.*

Personaliter

Luc. 22.

Luc. 24.

Ioan. 1.

Armenij.

*Tabernacu-
lum.*

Ioan. 17.

tre. Nam qui potestatem habet iudicandi, hoc est, hono-
rari & puniendi sicut vult, eadem potest que potest Pa-
ter: ideoque eodem quo Patrem, modo, cum oportet ho-
norare, quod sequitur, Vt omnes honorent Filium, non
simpliciter, sed sicut honorat Patrem. Ita Ariani, quia vt
creaturam, putant honorandum Filium, decet autem ho-
norari eum sicut Patrem, & Patrem quoque veluti crea-
turam honorare omnino redarguuntur, vel omnino Fi-
lium non honorant, & cū Iudæis ordinantur. Quo enim
modo Patrem honorant, qui non honorant Filium? Sub-
dit enim, Qui non honorat Filium, non simpliciter, sed,
qui non ita, sicut dixi, nec Patrem honorat. Quia si quis
dicat, Creatura quidem Filius est, sed omnium excellen-
tissima, & opinetur falsum illum & vanum honoré, in-
honorat omnino & Patrem qui misit Filium, & c. De eo-
dem item quā homine, sed homine Deo, ad id, Data est
mihi omnis potestas in cælo & in terra, Merito, quasi di-
cerat, Ego prius condemnata natura, Deus autem secun-
dum vnionem ad dei Filium existens, accepi potestatem
super omnia, vt & ab angelis in cælo adorer, & super ter-
ram ab omnibus finibus glorificer, humana enim natura
prius seruiens, nunc in Christo omnibus imperat, nunc
vnita Dei verbo personaliter in cælo sedet, & ab angelis
adoratur. Et in contentione discipulorum de primatu,
Cū ego, quem omnis rationalis etiam angelica adorat
creatura, in medio vestri sim & ministré, quo vos modo
digni, qui de vobis magna sentiat, & primas ad vos par-
tes rapiatis? Ad id, Ferebatur in cælum, Eo præcursor o-
mnium ascendit, vt confedeat in cælis Patri. Et nunc ado-
ratur natura nostra in cælo ab omni angelica virtute. Ad
id, Et habitauit in nobis, Confundantur Armenij, qui v-
nam colunt naturam, Nam quia prædixerat, Verbum ca-
ro factum est, ne quis suspicetur Christum vnā naturam
esse factum, ostendit duas eius naturas, nostrā scilicet, &
verbi: vt alterius naturæ est tabernaculum, & alterius is
qui in eo habitat, ita verbum in nobis, hoc est, in natura
nostra habitans. Ad id, Pater, glorifica me, hoc est, huma-
nam meam naturam, quæ nunc in ignominia est, & cru-
cifigēda, & subuehe in eam gloriā, quam habebam apud

te Ego verbum & Filius tuus, priusquam mundus esset. *Eph. 2.*
 Collocavit enim humanam naturam in throno Regio, *Adoramus*
 & nunc adoratur ab omni creatura. Ad id, Confedere fe- *in Christo*
 cit nos in Christo, vt, &c. perinde atque in eo à procum- *ab angelis.*
 bentibus angelis adoratur, non quia hunc nobis hono-
 rem quò ad nostram personam deferant, sed natura no-
 stra Deo verbo vnita, ab eis adorata, inde & ad nos ea
 gloria transmeat, sic & nos confedebimus. Ad id, configu-
 ratum corpori claritatis suæ, Corpus, ait, nostrum cõfor- *Phil. 3.*
 me ipsi factum per afflictionum communicationem, con-
 forme quoque efficietur eiusdem gloriæ, ei inquam, quod
 ab angelis adoratur ad Patris dextram confidens, hoc no-
 strum conforme fiet. Et paulò antè, ad id, Vt in nomine *Phil. 2.*
 Iesu omne genua flectatur cœlestium, terrestrium, infer-
 norum, hoc est, mūdus vniuersus, & angeli, & dæmones,
 & homines submissis eum genibus venerabundi adorēt.
 Quid igitur, obicienti alibi, Cùm impium sit creaturam *Serm. de Trī-*
 adorare, nam aut creatum Deum nominabis, aut non di- *nitare.*
 ces corpus Domini creatum? Vide ergo quòd & tu crea-
 turam adoras. Respondet, quod eo prior Athanasius, ei
 æqualis Epiphanius, eo posterior Damascenus, Insipiēs,
 Nemo dicit regi, Exue purpuram quam indutus es, vel à *Purpura.*
 throno tuo surge, vt nudum te adorem: sed regem ado- *Thronus.*
 rat purpura vestitum, & throno insipientem. Complaci-
 tum enim Deo verbo fuit, vt creatam carnem nostram
 sibi absque macula adunaret, & ea, quatenus Deo verbo
 adest, cum Deo verbo adoraretur, Quod significans Da-
 uid, Adorate, ait, scabellum pedū eius, quoniam sanctus *Psal. 98.*
 est. Alibi autem terra scabellum pedum eius dicitur: Ter- *Esai. 66.*
 ram ergo nos iubet adorare Dauid, quam Moyses adora- *Scabellum*
 ri vetat? Videte sacramentum, Quoniam adunaturus erat *pedum D.*
 sibi carnem nostram: caro autem nostra ex Adam, ex ter-
 ra est, iuxta quod dicit, Adorate. Nos terram non adora-
 mus, sed Deum verbum, qui sibi carnem ex Adæ terra
 formatam absque peccato vniuit.

*Ephesine I. Synodi III. vniuersalis, eorumque qui ab
 ea steterunt, Patrum, testimonia.*

CAP. IIII.

L ij



Ed hanc quæstionem veterum nemo melius aut sapius ventilauit Cyrillo Alexandrino, Ephesinæ quippe Synodi tertiæ vniuersalis præside. In qua duæ in vna Christi persona naturæ sarræ tectæ (quod aiunt) ab omni cùm alia, tum Nestorij hæresi syncera sunt & integræ conseruata. Ad id ergo Christi, Nos adoramus quod scimus, Adorantibus, inquit, seipsum connumerat, qui cum Patre & Spiritu sancto tam ab angelis quàm nobis adoratur. Serui enim formâ sumptâ, ministerium etiam seruo suscepit conueniens, nec amisit ne vt Deus ac Dominus adorabilis sit, factus homo. Conuenit autem maximè hominibus adorationem tanquam Deo debitam offerre. Adorat igitur etiam Christus, postquam factus est homo, vt homo: adoratur autem semper, quia verus secundum naturam Deus. Nam si vilo modo adorare Filius Patrem, vt Deus, dicitur, non effugiet quin vt adorator, ita & seruus & creatura dicatur. Lex enim adorationem seruituti coniunxit, dicens, D.D.T. adorabis, eique soli seruias, cùm ianua quasi quædam & via ad seruitutem sit adoratio, adeoque seruitutis initiũ & professio. Coniunxit & procidentiam, Venite, ait, adoremus, & procidamus ante eum, hac enim re nihil magis, si quis rectè rerum condiciones intelligat, quàm seruitutis significari habitum. Et concludit, multis antè contra errantium obiectionibus resolutis, hîc præ prolixitate omis- sis. Si contendere adhuc audent, ostendant in omni scriptura, vbi verbo & Filio Dei carne nudo, adoratio attribuat? Nam vt homo iure adoratur, sic antequam homo fieret, nunquam in sacris literis id ab eo factum esse ostenditur. Sed quod qua ratione Dei verbum est, non adoratur, factus autem homo propter nos, id propter carnem suscepit, non aliunde melius quàm ex eius verbis cognoscemus, Vos, ait, adoratis, nos adoramus: vbi cùm plurali numero vtatur, & seruis seipsum annumeret, perspicuum est, hæc vt à seruitutis homine dici. Quid enim prohibuit (siquidem aliter Patris adorator prædicari vellet) singulari numero dicere, Ego adoro, vt cæteris non Nos iudai. connumeratis sibi hoc tribueret? Cùm verò N O S dicat,

*Io an. 4.
lib. 2. ca. 9.
Christus
Deus adora-
tur homo a-
doratur.*

*Adoratio
seruituti con-
iuncta.
Deut. 6.
Psal. 94.
Procidentia
adorantiũ.*

*Adorat. 2.
Adoramus.*

Nos iudai.

propter incarnationem, quia homo propter nos factus, adorantibus Iudæis se propter regionem connumerat. Et ex eodem loco in Thesauro, Ad Samaritanam quasi Iudæus, nos adoramus, ut homo loquitur, non enim ex adorantibus, verbum est, sed cum Patre & Spiritu sancto simul adoratur. Nemo autem ignorat, nulli proors naturæ, præterquam Dei, adoratione à scriptura contribui, D. D. T. adorabis, &c. Si soli ergo Deo adoratio à creaturis debetur, hominibus enim illud scribitur, Angeli verò iubentur Filium adorare. Deus ergo est Filius qui adoratur, ut connaturalis, non alius Deus, ut vnus Deus in Trinitate, non plures adorentur. Ut ergo Filius, quamuis verè adorabilis, tamè ut homo, adoratur. Et in eodem opere, eadem ad verbum penè quæ Epiphanius, ut ex eo mutuo sumpsisse videatur: Creatura se nulla patitur apud scripturam adorari. De Filio autem longè aliter scribitur, quòd eum adorarent non angeli modò semper, sed & gentes, vbi eum nossent, his enim accommodatur illud, In te adorabunt, tu es enim Deus, & nesciimus. Si ergo quia Filium cognouerunt, & adorant, Deum cognouerunt, & adorant, non est certè creatura Filius: aliter non deo vero, sed creaturæ adhuc seruirent: sed & discipulos dominũ. sc ac magistrum deumque vocantes (adorantesque) non repellit, ut angeli (hominèsque) alios se adorantes repellabant. Et in eodem adhuc tractatu, longè aliud creatum ab increato est, Nam ut hoc iubemur adorare, sic ab illius adoratione à scriptura vetamur. Soli enim naturà deo debetur adoratio. Filium autem iubemur adorare. Longè igitur aliud est quàm creatura, non aliud à deo, sed verus deus & increatus. Hæc ille de Christo, ut quæ dei verbo & Filio, vno cum Patre & Spiritu, vero deo, sic eis coadorando. Nihilne autem super eodem quàm homine, colendo? Multum per omnem modum, & rectè ac catholicè. Cùm enim non rectè Nestorius Christum in duos Filios, alterum dei, alterum hominis, diuideret, de Christi cultu sic dicebat, Propter assumptem veneror assumptum, & propter inuisibilem, adoro visibilem: qui susceptus est cum eo qui suscepit, quod vocatur deus. Ad eum cum Synodo Alexandrina scribens Cyrillus, Caue-

*Lib. 2. c. 1.**Adoratio
solius Dei.
Deut. 6.
Psal. 96.**Lib. 5. ca. 1.
Iudic. 13.
Act. 10.
Apo. 19. 22.
Psal. 96.**Esa. 45.**Ioã. 13. 20.**Lib. 6. c. 2.
Adoratio so
li naturà
Deo debita.**Nestorius
diuidebat
Christũ in
duos Filios.
Alexandri-
na Synodus.*

mus, ait, de Christo sic dicere, Qui enim hæc dicit, diuidit in duos Christos eum qui vnus est, hominem seorsim in parte, & in parte Deum similiter constituens. Euidenter inquam, diuidit vnitatem, qua non alter cum altero

Alter. alteratur, aut quod nuncupatur Deo cum eo quod suscepit, sed vnus intelligitur Christus Iesus Filius de ei vnigenitus, vna seruitute cum propria carne adorandus. Si quis ergo audet dicere assumptum hominem coadorari cum Deo verbo oportere, & connuncupari Deum, tanquam alterum cum altero: adiectio enim vnus syllabæ hoc cogit intelligi: & non magis vna reuerentia veneratur Emanuelem, vnamque ei glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum est, Anathema sit. Blasphemabat contra Nestorius, Si quis serui formam pro seipso, hoc est, secundum propriæ naturæ rationem, colendam esse dixerit, & non omnium dominam, & non potius per societatem, quàm beata, & ex se naturaliter Domini vnigeniti naturæ coniuncta est, veneratur, Anathema sit, Hæc illi Antagonistæ. Verum locus hic adeo lubricus est, vt Cyrillo catholico non modò certam esse fuerit cum hæretico Nestorio, sed cum Theodoro quoque, Cyrilli, scriptore alioqui Orthodoxo, sed qui hinc suspicione non caruerit, cuiusque pedes penè hinc moti sint. Sic ergo superiorem Anathematismum reprehendebat, Vnam glorificationem Christo offerimus, eundem hunc Deum simul & hominem confitentes, hoc nos docente vnitatis ratione. Naturarum verò proprietates dicere non refutamur: nec enim Deus verbū conuersionem suscepit in carnem, nec rursus homo, perdidit quod fuit, in naturam Dei transmutatus. Vtriusque igitur naturæ propria dicentes, Dominum adoramus Christum. Hanc reprehensionem Cyrillus sic interpretabatur, Credimus in vnū Filium D.N.I.C. hoc est, incarnatū & inhumanatū ex Deo Patre verbum, vnumque existentē, & deū verè adorare didicimus, & nobiscū superne virtutes, sicut scriptū est, cum introducit primogenitū in orbem terrarum, dicit, Adorent eū angeli, factus autem est primogenitus, qui est vnigenitus, cum & homo secundū nos apparuit, tunc enim frater appellatus est diligentiam eū. Siquis ergo coadorari dicit, vt hominem seorsim alterum, præter eū existentē ex Deo verbo, & non secundum

Alter.

Coadorari.

Co et coa.

Ioan. 1.

Emanuel.

Locū lubricus.

Theodori

hic suspectus

Anathem. 8

Inhumanatus.

Hebr. 1.

Psal. 96.

Primogenitus vnigenitus.

Frater.

coadorari.

vnitate verã coadunans in vnum Christũ & Filiũ, & Dominũ vna adoratione glorificat, Anathemati iuste subdatur. Et opponerat, Nos meliora & veriora sapere soliti, secundũ sacras literas & sanctos patres, nõ hominẽ assumptũ à Deo Verbo dicimus, eique copulatũ secundũ habitũ extrinsecus adinuentum, sed potius Deũ hominem factũ esse decernimus. Itaque à pietate dogmatũ eos excessisse, qui presũmũt dicere assumptũ hominem, & affirmant oportere sicut alterũ alteri coadorari Filio Dei. Si enim est idẽ Deus simul & homo, adoratur potius tanquã vnus adoratione vna, & nõ coadoratur & coappellatur Deus, vt nõ homo simpliciter cõmunis, & secundum nos Emanuel esse credatur diuina gloria participatus per gratiam: cõfitemur autẽ magis in carne propter nos, seu verẽ hominẽ factũ, nõ nature transita, permutatione, cõuersione sed vnitatis dispõsatione. Nec tãtũ Thodor. sed & Orientaliũ in Epheso Synodus, qui cũ Ioãne Antiocheno senserũt, eidẽ Cyrilli anathemati sic obiectabat, Tãdem impietas sui oblita, assumptũ hominẽ fuisse professã coadorari eũ Deo Verbo, quasi alterũ alteri prohibet, asserens adoratione vna Emanuelẽ debere adorari. Quid nobis nomen Hebræũ proponit, & nõ rationem publicat? Si Emanuel secundũ te significat assumptũ hominem à Deo Verbo, mansit autem Verbum in sua proprietate, vtique alter & alter est: altera est enim natura Dei Verbi, altera assumpti hominis, nõ alter tamẽ & alter Filius, aut alter & alter Iesus Christus, aut alter est & alter Dominus, sed vnus Filius Dominus Iesus Christus iure adoratur, quasi omnium opifex secundũ diuinã naturã, quasi omnium reparator per suscepti hominis proprietatem. Iure idem ergo & coadoratur & adoratur: coadoratur enim quasi sumptus homo, adoratur verò adoratione vna, quasi idẽ ipse vnitus Deo Verbo. Sic illi pro omnia neq; Nestorio neque Cyrillo cõueniebant. Nã Nestorius duos Christos seu filios euidenter assignabat: Antiocheni verò vnũ Christũ & Filiũ & Dominũ eundẽ se adorare profitentes, ex Patre secundum Deitatem, eundẽque ipsum secundũ humanitatem ex sancta Virgine: indiuisum quidẽ à Deo hominẽ nõ tamẽ iuxta recti dogmatis significationẽ recipientes,

Deus homo factus, non homo à Deo assumptus. Alter. Coadorari. Coappellari Emanuel. Ephesina synodus altera participulis. Antiocheni pseudo catholici. Coadorari. Alter. Emanuel. Alter. Christus. D. F. vnus non alter. Et alter. Coadorari. Cyrill. Epistola 2. ad Successum. Nestorius duos Christos Et Filios assignabat.

*Nestorij no-
uitas.* sed iuxta Nestorij nouitatem secundum alium modum
fraudulenter accipientes, secundū honoris scilicet æqua-
litate[m], secundum eandem voluntatem & autoritatē, in-
diuisus (aiebant) à Verbo est homo iste, in quo Verbum
Deus inhabitat. Sic quippe non simpliciter loquētes, sed
cum aliqua veluti ratione, imò versutia, Christum deni-
que vocatū specialiter Dei Verbum asserētes, quod item
coniu[n]ctionem cū Christo continuam habere confirma-
bāt, duos ita Christos manifestē pronunciantes, & homi-
nem Deo coadorādum nescio qua ratione se colere pro-
fitentes. Hæc illi adeò cautē, vt vix eos internoscas. Nam
vbi Christum alterum & alterū esse aiunt, de altera & al-
tera natura se sentire exponunt, alterū interim & alterū
eum esse negantes, sed vnū eundem Dei Patris & Matris
Virginis Filium, persona vtique. Vnde & Cyrillo sic obiicie-
bāt Oriētales, Coadorare quasi de personis aut Filiis duo-
bus non dicimus, quasi aliter fiat adoratio Deo Verbo, &
aliter carni, sed vnā potius adorationem, &c. vt in Filio
offerimus. Et quod coadoratur, Nam quamuis cū Patre
suo semper cōsudet, & ex ipso, & in ipso secundum naturā
existat, iterum audit dicentē & cum carne, sede à dextris
meis, &c. Ita & adorari dicimus ipsum & à nobis & à san-
ctis Angelis. Proinde eruditē valde prouidit his, qui cum
carne vnū & eundem Filium adorare volūt, eò quod aliud
quiddam sit *οὐν* & *μετὰ*. Quod & ipse posuit, dicēs ipsum
cū carne adorandum, & coadorādum negans cum carne
diuinitatem. Quis hos non diceret cōsentire? Sequitur
ergo Cyrilli defensio, primū ex D. Athanasii præcessoris
sui de nostri omnium Salvatore Christo cōfessione, Cō-
fitemur eum esse Dei Filium & Deum secundum spiri-
tum, Filium hominis secundum carnem, non duas natu-
ras, vnum Filium, vnā quæ adoretur, alteram quæ non
adoretur, sed vnā Dei Verbi naturam incarnatam, &
adorandam cum carne sua vnā adoratione, non autem
duos filios: alium quidem Filium Dei verum & adoran-
dum, alium verò ex Mariā hominem, non adorandum,
videlicet secundum gratiam Filium Dei factum, sicut &
homines: Hoc loco vbi habet versio Latina (non duas
naturas, sed vnā naturam) legerem (non duas personas

*Christi qui
busdā duo.
Christus
alteros alter
es alter na-
turā non
personā.*

*Concilior.
tomo 1. pag.
579.*

*Coadorare.
Coadorari.*

Psal. 109.

οὐν μετὰ.

*Lib. de in-
carnatione.*

*Christus
Filius vnus
non duo.*

sed vnā personam). Christus enim est duarū naturarū in vna persona, vel vna persona in duabus naturis: Sed docuit me Damasceni dialectica, quod & quidam sanctorū patrum dicebant naturas hypostasēs. Quam etiam æquiuocationē adnotauit Rusticus Diaconus loco post allegando, vt natura etiam in Trinitate aliter intelligatur, quæ singillatim idem est vnicuique personæ, aliter quæ nullius est singillatim, sed tribus cōmunis. Sed distinctius loqui coacta est posteritas, vt diceret aut in Trinitate vnā naturam, tres personas: in Christo contrā vnā personam duas aut etiā tres naturas. Et iterum, si quis vel non adorandam Domini nostri carnem, vel non adorandam vt Domini & Dei carnem dicit, hunc anathematizat sancta & Catholica Dei Ecclesia. Nestorius contrā impudenter sic, Confitebor (inquit) in homine Deū. Colo autem diuina connexionione Deo Verbo coadorandum hominem: connexionem ita simpliciter hominis cū Deo esse factam diceus, quomodo qui adhæret Deo, vnus spiritus est, secundum habitudinem. At verò aliud est, vnum dicere Filium cum vnita sibi carne, Dei Patris Verbum: aliud dicere, in homine vt in prophetis erat, vel in nobis propter spiritum sanctum. Mihi ergo videtur citra periculum & culpam dici, Incarnatum Dei Verbum, vt potest vnū existentem Filium non absque sua carne, cum ea potius adorandum, sicut hominis anima cum suo corpore honoratur, vna autem appellatione, quod ex vtriusque constat, significatur animal. Cū autē de Christo locuturus, vnum in duo diuiseris hominem propriè ac seorsim intelligendum declarans, eumque coadorandum, & coappellandum Deum, quasi is alius sit ab illo ex Deo Patre secundū naturam genito, quis tam prospiciam contra eū crimen ferat, aut silentio prætereat? Dicendum potius erit, Colo Verbum Dei hominem factū, quod appellatur Deus, & in humanitate adoratur, qui naturā Deus, & ex Deo Patre apparuit. Talia, dicunt aduersarii, captus est, scribens, quod sedeat Ilius cum Patre cum propria carne: deinde quomodo intelligis docētem quod cum Deo Verbo hominem coadorare oporteat? Idem enim dicitur *ὁ ὕψιστος* & *ὁ ἕκτος*. De harum vocum, quibus latina CVM CVM.

Natura est persona vocabula confundenda.

Cap. 25. Natura vocabulum æquiuorum.

Nestorianā hominis cū Deo connexionio.

1. Cor. 6. Hominis anima cum corpore honoratur.

Nestorius Christum diuidit. Coadorare. Coappellare. Christus nō alius est alius.

ὁ ὕψιστος.

ὁ ἕκτος.

Latina ob- responder , virtute & rerum natura sic prosequitur Cy-
scura & rillus. Cum ab vna persona & natura seu substantia v-
gratia de- na, examinat sermo ea ex quibus est, hoc est, naturaliter
sunt. constat, affert $\sigma\upsilon\upsilon$, hoc est, $\mu\epsilon\tau\grave{\alpha}$, ita seruans per significa-
Legat et in tum quod vnum sint secundum compositionem, & non
telligat, qui inter duo distinctè discernens. Distinctis autem antè in
potest. duo substantiis, ad hoc quod oporteat seorsim alteram
Anima cū intelligi & propriè, tunc per $\sigma\upsilon\upsilon$, vel $\mu\epsilon\tau\grave{\alpha}$, eorum, & etiam
corpore ho- plurium, non vnus secundum compositionem factā ma-
nor, vnus nifestationem dicimus, Exempli gratia. Siquidē dicerem
hominis. vel cohonorari hominis animā cum suo corpore, qui ho-
Act. 3. nor fieret à quopiam erga vnū hominem, qui ex vtrisque
Coappellari est, vel animam cum corpore suo esse vnum animal, non
Christum propterea in duos homines vnū diuidere, sed potius nō
vnum in ignorare videre ex quibus homo sit atque constat. Cum
duo diuiden- autē dico, Petrus & Ioannes coappellantur homines, vel
tes. simul in tēplum ascendunt, non iā $\sigma\upsilon\upsilon$, $\mu\epsilon\tau\grave{\alpha}$, C V M. vnū
Filius vnus quendam significat. Non enim Ioannes cum Petro com-
non duo. positus est, nec ad vnus hominis cōstitutionem vterque
Patri coaf- aliquid faciūt. Veritati ergo illudūt imperiti, diuidētes in
ssidet. duos Christos vnū. Et siquidem putāt, quod dicentes Fi-
Coadorari. liam cum proprio corpore Patri confidere, duos filios cō-
Coappellari cedamus, inquirant an non dicamus vnum Filium vnica
Emmanue- confidentiā honoratum esse, & non duabus: ita vt vna &
lem diui- propria tributa sit corpori, alia verò iterū & propria Ver-
dūt in Deū bo: id non ostenderint. Quī enim vel vnde? Nam vnū &
Et hominis. eundem Filiū, vnum propria carne esse Deū simul & ho-
De incar- minem, vnā confidentiā apud Patrem honestari affirma-
natione mus. Cæterū dicere hominē adorari cū Deo, & coap-
vnigeniti pellari Deū, omnino est confiteri duos adorandos. Qui
cap. 26. sermo valde falsus est, & à rectis verisque cogitationibus
Christus a- omnino alienus. Anathematismus igitur factus est con-
liud & a- tra eos, qui modis omnibus Emanuelem diuidunt in ho-
liud non minē propriè, & Deum Verbum propriè. Nobis autē v-
Duo. num & eundem Theologorū sermo & scriptura in adul-
 terata prædicat. Et vbi tractat Christum sic secundum a-
 liud & aliud dici, vt non tamen in duos diuidatur, Ado-
 rauit (ait) ipse nobiscū, vt & ipse dicit, adest etiam adorā-
 dus. Adorat, quia naturam assumpserit, quæ adorare de-

beat: adoratur porrò idem, quasi maior adorante natura, *Ioan. 4.*
 quia Deus. Adoratione verò non diuidendum in hominè *Christus a-*
 seorsim & Deum, nec tanquam Deo coniunctum æqua- *dorat, & a-*
 litate dignata diuisis substantiis, cū ipso adorari hominè *doratur.*
 dicimus, sed vnum hominem factum & incarnatum Dei
 Verbū, sic vt credamus corpus ei adunatum, animā iuxta
 habuisse rationabilem. Non enim Deus duos primogeni *Primogeni-*
 tos præcepit oportere tam à nobis quàm sanctis Angelis *tus vnus nō*
 adorari, sed vnū in orbē terrarum introductum, tunc vi- *duo.*
 que cū homo factus est. Introductionis enim modus, *Hebr. 1.*
 est dispensationis iuxta carnem mysterium, vt qui naturā *Introductio*
 suā longissimè ab orbe distaret, in diuinitatis scilicet emi *incarnatio.*
 nentia super ea quæ condidit Deus, & ita alius præter ele
 menta ipsorū creator. Vnus tamen & tunc cū in multis
 fuit fratribus, ideòque primogenitus dictus, adorandus.
 Vnum Filium adorauit cæcus natus, mirabiliter sanatus. *Rom. 8.*
 Cui interrogato, Tu credis in Filium Dei? & interrogāti, *Ioan. 9.*
 Quis est Domine, vt in eum credam? Christus se ei cum *Cæcus Chri-*
 corpore demonstrans. Et vidisti, ait, eum, & qui loquitur *stum ado-*
 recū, ipse est, sine numero vtens, non promisit Deum & *rauit.*
 hominem seorsim intelligi. Imò & si quis hominem no
 minauerit Emanuelé, non communem hominem signi- *Emanuel.*
 ficauit, sed Dei Verbū naturæ nostræ adunatum. Sic v- *Matt. 14.*
 num hominem adorauere discipuli, mirè inter aquas eū
 intuiti ambulantes, & dicentes, Verè Dei Filius est. At si
 hominem cum Deo coadorari dicimus, diuisionem spa- *Coadorare,*
 tiosissimā inducemus, *σὺν* enim semper, quòd latinè est *σὺν.*
 CVM, si in significatione vnitatis, quæ est per cōpositio- *CVM.*
 nē, ponatur, duo omnino cogit intelligi. Vt enim nemo *Eo & con.*
 sibi dicitur cōuiuere, cōccenare, coambulare, coadorare, *Filios duos*
 quia duarū personarū significationem inducit præpositio *qui dicant.*
 verbo præposita: ita si quis coadorari hominè cū Deo di- *Vnitatis*
 xerit, duos planè Filios dicit, & quidē distinctos. Nā vni- *ratio.*
 tatis ratio si in sola dignitatis siue autoritatis æqualitate
 dicitur, non esse vera cōuincitur (nec sufficit) &c. Et hæc
 fuit de vna vnus Christi adoratione resolutio Ephesinæ
 I. Vniuersalis III. in qua primas Cyrillus obtinuit.

*Chalcedonensis Synod. IIII generalis, & qui ab ea
 steterunt patrum, testimonia. CAP. V.*



*Extat in
Antidoto
cōtradiuer-
sas hareses,
post Hare-
seologia in-
scripto.*

*CO CON.
CVM SI-
MVL.
Epist. 2. ad
Nestoriū.
Coadorare.*

*F. cum cor-
pore Patri
coassidet.*

Natura.

Persona.

*Coadoran-
tur in Tri-
nitate per-
sona.*

*Crucē om-
nes adora-
mus.*

*Altare a-
doratur.*

*Christus cū
carne Patri
coassidet.*

*Crucifixus
adorandus.*

Vam secuta Chalcedonenfis equè Vniuer-
salis IIII. pro duabus iisdemque incon-
fufis in vna Christi persona naturis, idem
definiuit. Cuius de fide definitionam de-
fendit inter alios Rusticus quidam Diaco-
nus, nihil certè minus quàm rusticus, subobscurus licet,
interprete præfertim incerto. Is ex tam multis antè Cy-
rilli citatis, pauculis post eum docet has voculas c o.
CON. CVM. SIMVL. duo semper aut amplius, siue
plura numero significare. De naturis ergo dictas, duarū
in Christo differentiam piè significare: de personis vel
subsistentiis, impiè: duas enim mox significare personas,
& Filios & dominos Christos. Id cōstat ex vno eodē-
que Cyrilli testimonio. Confitemur Christum vnum &
Dominum, non tanquam hominem Verbo coadorātes,
vt non incisionis subintroducatur phantasia, ob id quod
dicitur c o. sed vnum & eundem adorantes, quoniam
non est alienū à Verbo corpus eius, cum quo & ipsi con-
fidet Patri, non tanquam duobus rursus confidētibz fi-
liis, sed vt vno, propter vnitionem cum carne. Non quasi
Cyrillus idem c o. modò abiuraret ex propria personā,
modò Synodicè approbaret, vt in eo Rustici dialogo ca-
uillatur hæreticus: sed vt respondet Orthodoxus, quo-
ties sermo sit de naturis, dicitur cum humanitate diuini-
tas: & è conuerso, quando de persona, non licet dicere,
Coadoratur Filio Dei Filius hominis, non enim coado-
rantur in sancta Trinitate nisi personæ: diuinitas verò vt
miracula per carnem operata est, sic per carnem adora-
tur. Et crucem quidē omnes adoramus, & per ipsam eum
cuius est crux, non tamen crucem Christi coadorare di-
cimus. Nec verò per hoc vna est crucis & Christi natura.
Similiter adorantes altare, coadorare altari Trinitatem
non dicimur, sed potius per altare (adorare) Nec tamen
rursus sicut Patrem per Filium, ita Verbum per carnem
(hominem) Absit: Non enim duæ personæ sunt Christi
(vt duæ naturæ) Cum carne verò, id est, per carnem, cum
qua confidet Patri, etiam coadoratur. Et paulò antè, Si
quis enim non adorat, aut adorandum non credit eum
qui crucifixus est, Anathema sit. Non enim purus est ho-

mo, sed Deus simul & homo: Nec verò coadorandus ut alter alteri, sed sicut vnus, quia & vnus est, adorandus est. Et aliquantò post, Tres in Trinitate secundum quod personæ sunt, non secundum quod naturæ, Absit, adoramus & colimus, & sic quaternitatem propter assumptam naturam carnis, non adoramus, ne dualitatem quidem. Id enim quod assumptum est, factum est per dispensationē propriam assumptis, non commune trium, non quasi quartum aliquid sit, consempiternum, absque initio, increatum, per se, & ex sua substantia est, sed per vnitionē id est, quod esse glorificatur. Tria verò illa coæterna, cōsubstantialia, absque inchoatione, & proinde increata, quartum si quis illud humanum dicat, non tamen quartum erit id neque ad adorandum, neque ad colendum. Aliud est enim, quod tanquam alterum quiddam, quippe creatura, his quæ increata sunt, secundum quantitatem (numerum) additamentum facit, eò quòd non hoc idem sit, sed alterum quiddam, aliudve, tanquam consubstantiale & consempiternum, coadorari quid illud, & pariter coli. Insuper nec adoratio, nec cultura offertur quasi sub numero. Nec enim tres Trinitatis sunt culturæ aut adorationes, quare nec quatuor, nec duæ, vel si vnus aut etiã trium proprium esset illud alterum. Nec enim tabernaculum in deserto, arca, templum, altaria Deo ab antiquis coadorabantur aut concolebantur, neque Dei & horum vna facta est natura. Nec adiectus est numerus adorabili & colendæ Trinitati, eò quòd Trinitas quidem coadoratur, hæ verò creaturæ non coadorentur Trinitati, sed per eas Trinitas adoretur. Quid enim, dic mihi, nonne scriptum est, Adorate scabellum pedum eius? hoc verò est terra. Adoratur enim corpus quod de terræ est, non ut per aut propter semetipsum adoretur ut Deus, sed ut per corpus & carnem, siue humanitatem, Deus (Pater) Verbo, qui inhumanatus est, coadoretur. Et certè per fimbriam vestimentorum operatus est in sanguiniflua. Nemo tamen dicit vnā esse vestimenti & Verbi naturam, & voce ab ore proprio missa, cum multos alios saluos fecit, tum quatruiduanum suscitauit. Per quod igitur operatur, tum per hoc & in hoc adoratur & colitur, complacet

Christus vt vnus adorandus, non vt alter alteri coadorandus.

Trinitas adoratur, nõ quaternitas, aut dualitas.

Coadorari. Trinitatis adoratio vna, non plures.

Tabernaculum.

Arca.

Templum.

Altaria.

Sic autè

Athanasius. cap. 3.

pag. 96.

Psal. 98.

Esa. 66.

Scabellum

pedum Do-

mini.

Inhumana-

natus.

Coadorare.

Matt. 9.

Fimbria.

Ioan. 11.

Cruz adoratur. *Lancea adoratur.* *Lib. 5. ca. 8.* *Passionis Domini insignia, organa infirmitatem nostram adiuuantia.* *co-* *colentibus se. Subdito post crucis Dominicæ, ferri & læ-* *ccæ ubique in Ecclesia cultu, de quo infra in Perrū Mar-* *tyrem, Hæc, ait, omnia vniuersi adoramus, & nullus vn-* *quam Christianorum dixit, quòd quaternioné, quinio-* *nem, senioném ve colamus. Quæ enim segregantur, &* *Deo appropriatur, per quæ colitur is & adoratur, ea sunt* *velut organa infirmitatem nostram ad Deo propinquã-* *dam coadiuuantia, & ad id vt sint, quantitatis quidē (seu* *numeri) proprietatem non amittunt (habent enim illa* *propriam quæque naturam) Ad colendum verò, adorand-* *um, venerandum, non iam connumerantur creata crea-* *tori: aliud enim est per hoc coli illud, aliud secundū na-* *turam, & sempiternè, & maximè propriè colendum ali-* *quid illud esse. Ergone non modis omnibus quicquid* *confitendū est, id & in sancta Trinitate adorandum, co-* *lendū, venerandū? non per omnia, nec modis omnibus*

Naturarū dualitas in Christo, nõ in Trinitate. *similiter, quia nec naturarū dualitatem in Trinitate con-* *fitemur, aut colimus: vna enim carnis natura vnus per-* *sonæ Dei Verbi, non totius Trinitatis. In Trinitate verò* *ea connumerantur, quæ vel similiter vel æqualiter trium* *sunt personarum. Quòd si nos sic dualitatem colimus, &*

Natura et persone vocabularum hic confunduntur. *vos ergo compositam colitis Trinitatem, aut compositã* *simul & simplicem. Nam simplices dicitis Patris & Spi-* *ritus sancti naturas siue personas, Christi verò composit-* *am. Vnus verò Deus in Trinitate, & vnus colitur Chri-* *stus, tres personæ, vnus Deus est, duæ vnus Christi natu-* *ræ sunt. Quatuor autem naturæ dum nec Deus sint, nec*

I. Adoratio persone, non nature proprie. *Christus, vnde poterunt coli, dū vel in tribus, vel in dua-* *bus nil nisi aut vnum, aut vnus colatur? Sed vt ne sermo-* *nes amplius prolongentur, agnoscimus vnã solam, &* *non tres sanctæ Trinitatis esse naturas, sed tres tantum*

II. Persona coadoranda. *personas seu substantias, &c. Hæc Rusticus, quisquis is* *est, de diuino cultu. In quo hæc sunt obseruanda. I. Ado-* *III. Christi vna persona Deus homo, adoratur, non coadoratur.* *rationem propriè personæ esse, non naturæ. I I. Proin-* *de quæ tres sunt in Trinitate personæ, vt coæquales sunt,* *sic esse coadorandas. I I I. Contrã cum sit vna in Christo* *persona, adorandum dici, non coadorandū vel homini* *Deum, vel Deo hominem, quasi non idē Deus sit & ho-* *mo. sed cum carne, anima, corpore adorandum Dei Ver-*

bum, id est, incarnatum, animatū, corporatum, & ut inu-
 sitatus vertit hic interpres, inhumanatum, id est, Deum *Inhuma-*
 illum coæteruum Dei æterni Filiū, propter homines ho- *natus.*
 minem, hominis filium in tempore factum. Sic tātò pōst
 & breuiter, ut cætera, & rectè Aquinas, In Trinitate tres *Part. 3. que*
 sunt qui honorantur, vna est honoris causa. In incarna- *stio. 25. art.*
 tionis autè mysterio è cōuerso habet, vna vtique perso- *1. ad 1.*
 na, multiplex honoris causa. Alio itaque modo vnus Tri-
 nitatis, vnus Christi honor. **IIII.** Tantam de voculis, *IIII. Syl-*
 imò syllabis in Ecclesia & quidè veteri litem ex sensu & *labarū con-*
 sententia, non verò ex pauculis literis æstimatā & diu- *tentio.*
 dicatam. **V.** Adorationem crucis, reliquorūmq; passio- *V. Passio-*
 nis Dominicæ memoraculorū, vbique gentium Christi *nis Domini*
 fidelium tanto consensu, & tam nullis contradicentibus *memoracu-*
 receptam, ut talium cultus cōtradiçtores hodiernos non *la vbique*
 possit non pudere. Sic ergo Rusticus Chalcedonensis Sy- *adorata.*
 nodi defensor. At eiusdè per vicarios præses, & ab ea ab-
 sens licet, ter sanctus acclamatus Leo I. ad eandè Christi *Serm. 2.*
 Dei hominis cultū Christi fideles sic adhortabatur, *Què*
 Magi infantè venerati sunt in cunabulis, nos omnipoten- *Epiphan.*
 tē adoremus in cælis. Et, Licet tota redēptoris humilitas *Magi.*
 in gloriā paternę maiestatis euecta sit, ut in nomine *Matt. 2.*
 omne genu flectatur, & c. indefinēter tamē illū salutiferæ *Serm. 9. in*
 Virginis partū adoramus, & illā Verbi & carnis indisso- *Natiuita-*
 lubilè copulā non minus suspicimus in præsepe iacētem, *te Domini.*
 quàm in throno paternæ altitudinis confidentem, *Phil. 2.*

*Constantinopolitanæ II. Synodi V. generalis, & alia-
 rum anteriora, tū posteriora quorundā testimonia.*

CAPVT VI.

Rorrò multis negotij multum huic Synodo
 facessentibus finem imposuit (siquis modò
 finis contentiosus imponi potest) aliquātò
 pōst Cōstantinopolit. II. Synodi generalis *Latina rur-*
 V. canon IX. hic, Si quis adorati in duabus *sus hic ob-*
 naturis (totidè scilicet adorationibus) dicit Christum, ex *scura, &*
 quo duæ adorationes introducuntur, semotim Deo (vel Dei) *d sunt Græ-*
 Verbo, & semotim homini: aut ad perēptionē carnis, aut *ca.*

in confusionem deitatis & humanitatis in vnam naturã
 siue essentiam conuenientium dicit, portentose introdu-
 cens, sic adorat Christum, sed non vna adoratione deum
 Verbum incarnatum cum eius carne adorat, iuxta quod,
 aut sicut sanctæ dei Ecclesiæ ab initio traditum est, talis
 anathema sit. Ante quam Synodum in Gennadij catalo-
 go Ioannes quidam ei coæuus, Antiochenæ parochiæ
 ex Grammatico presbyter, scripsit aduersum eos qui in
 vna tantum substantia adorandum asserunt Christum:
 nec acquiescunt duas in Christo cõfitendas naturas: do-
 pens secundum relationem scripturarum vnam in illo dei
 & hominis esse personam, non vnam carnis & Verbi na-
 turam. Sic superior V. Synodi editio Latina, Nam Græca
 non extat inter canones Græcos hodie vulgatos, operã,
 vt quidam ferunt, Iustiniani principis tum in cõtrariam
 hæresim lapsi, suppressã. Cum superioribus autem, hoc
 est, cum duabus in vna Christi persona naturis nõ vnis,
 sed vnitis, non pugnat, eorum quæ de Christo ἀνθρωπο-
 πρεπῆς, id est, humanæ naturæ congruenter dicuntur, que-
 dam dici κατὰ τὴν δι' ἐννοίαν διέκρισιν, id est, secundum
 aut iuxta separationem quæ per cogitationem fit: Quæ
 facultas mentis est, ea quæ re ipsa coniuncta, & reuera
 inseparabilia sunt, animi cogitatu dissoluens atque sepa-
 rans. Quo dicendi modo & caractere Christus super
 esu corporis sui disputãs, de vtroque, carne & spiritu suo
 locutus, & spiritum à carne discriminans, intelligi potest
 dixisse, Caro nihil quicquam prodest, si cogitatione vi-
 delicet, eam à Verbo seiungas aut separe, quod Caperna-
 naitis tunc accidit, purum hominem Christum esse exi-
 stimantibus, vt non solum in eo quod oculis apparebat
 (corpore) intuentes, sed spiritum quoque, hoc est, natu-
 ram inuisibilem credentes, discerent quæ loqueretur, Spi-
 ritus esse, hoc est, diuinitatis, non carnis, puræ scilicet, aut
 cogitatu seiunctæ. Quod enim alioqui hominis, eius cor-
 pus, sic scilicet consideratum, suffecisset ad cibum, vt vni-
 uersi mundi alimonia fieret? Sic enim nuda puraq; crea-
 tura, aut etiã cogitatione à diuinitate secreta caro, adeo
 non viuificaret, ac proinde nec colēda esset, vt nihil pro-
 desset: sed spiritui, hoc est, diuinitati carnem inhabitanti,
 imma-

*Christus in
 vtraque na-
 tura, et vna
 persona a-
 dorandus.*

*Iustinia-
 nus suppres-
 sit canones.
 Georg. Cas-
 sander de
 duab. chri-
 sti naturis.
 Damascen.
 lib. 4. c. 19.
 ἐννοία.*

*Ioan. 6.
 Caro vt nõ
 profit.
 Capernaï-
 te.*

*Athanas.
 in illud,
 Quicumque
 dixerit.
 Spiritus vt
 viuificet.*

immanenti, permeanti, omnem viuificandi vim ac efficaciam tribuendam, quam tamen vim per carnem exerceret atque exhiberet. Sic vt viuificaret & Spiritus per carnem, cui viuificandi vim tribuat: & caro per Spiritum, à quo ea viuificam vim hauriens, quæ à Spiritu in carnem manabat, deriuatur, quòd caro in se Spiritum habitatem immanentemque, ac per se permeantem, quod Græcè significatius dicitur, *διὰ τὸν πνευματικὸν*, habet. In Christo enim diuinitas, & vt Paulus ait, omnis diuinitatis plenitudo corporaliter, hoc est, perfectissimè inhabitat. Quæ verba idem valent ac si dicas, Cùm Deus esset, proprium quoddam corpus cepit, quo homo factus propter nos, vteretur vt organo. Hoc inquam, organum admirabili quadam œconomia ad salutem nostram operandam, & ad vitam conferendam spiritualis Verbi natura sibi asciuit, & inseparabili coniunxit vnione. Beati, aiebat, Christus, oculi, quia vident: & aures, quia audiunt. Verè tamen à Poëta dictum,

Mens videt, atque audit, sunt cæca & cætera surda.

Intellige, si mentem ab oculis & auribus summoueas. Ita carnem, Christus inquebat, non omnino imperitè viuificam esse negatis, sed siquidem sola intelligitur: sic enim viuificare non potest, sed viuificante indiget: viuificam tamen effectam credetis, nisi & Spiritum sanctum nõ posse viuificare contendatis, cū viuificatè enim Verbo coniuncta, tota est effecta viuifica, nec iunctum Dei verbum ad inferiorem corruptibilis suæ naturæ detraxit dignitatem, sed ad melioris ipsa virtutem subeueata est. Carnis igitur natura, licet vt caro est, viuificare nequeat, viuificat tamen, quia totam Verbi suscepit operationem, vt caro aliorum quidem omnium quicquã verè non proffit, Christi autem, quia in ea Vnigenitus Dei Filius inhabitat, sola viuificare valeat. Spiritum verò seipsum appellat, quia Deus spiritus est. Quin & spiritum hinc ipsum carnem vocauit, non quia naturam carnis amiserit, & in spiritum mutata sit, sed quia summè cum eo coniuncta totum viuificandi vim hausit. Nam si qui Domino adhæret, vnus cū eo spiritus est, quomodo caro sua vnã cum eo nõ ita appellabitur? Putatis me dixisse terrestre corpus hoc sui na-

Col. 2.

Corporaliter.

Corpus Domini Dei organum.

Matt. 13.

Luc. 10.

Epicharm.

Cyrill. in

Ioan. 6. ca.

lib. 4. cap.

23. 24.

Ioan. 4.

2. Cor. 3.

Spiritus

Domini

caro.

1. Cor. 6.

turâ viuificum esse, Ego verò de Spiritu locutus sum: non enim natura carnis spiritus est, sed hic illam viuificâ reddit, vt quæ per se viuificare non possit. Quid enim maius Deitatis haberet natura? nec sola in Christo esse intelligitur, sed habet Filium Dei sibi vnitum, qui consubstantialiter vita est. Quando ergo viuificam carnem Dominus appellat, non ita illi vt sibi, propriòve spiritui viuificandi vim attribuit, Nam propter ac per seipsum spiritus viuificat, ad hanc autem ipsius virtutem per coniunctionem caro conscendit. Hactenus Cyrillus. Vbi præter alia, videant aduersarij voces quas adeò putant inconciliabiles, Carnem Domini, non modò spiritualem, sed spiritum quoque ab ipso Domino appellari. Ea ergo caro erat per seipsam mortalis. *ἡ ζωὴ* autem, id est, viuificas, per & propter vnionem ad Verbum secundum hypostasin. Cõmunicat enim diuina natura carni agenti, & quòd actio carnis erat omnino salutaris, non humanæ actionis (virtutis) erat, sed diuinæ. Caro autè diuinitate Verbi inoperante, propter hoc, vt instrumèto, corpore diuinas perficiebat actiones. Sic in huiusmodi locutionibus non absurdum erit, per synecdochen, carnis nomine totum Christũ intelligi, sed quatenus in Christi persona inhabitans diuinitas, carnis energias & actiones salutaris & viuificas reddebat. Sic enim seipse interpretari videtur, cum enim dixisset, Ego sum panis viuus, subiicit, Panis quem ego dabo, caro mea est: Cùm item, Qui edit carnẽ meam, habet vitam æternam, subiungit, Qui ederit me, viuet propter me. Hic autem Christi carnẽ seu Christum edere, est cum eo & eius passionis & mortis fructũ percipere, qui ideo carni tribuitur, quòd ad eũ nobis exhibendum, organum carnis à Verbo adhibitum sit susceptum, sicut scriptum est, De peccato damnauit peccatũ per carnem. Et, Peccata nostra tulit in corpore suo, &c. Christus ergo homo Christiq; caro adoratur, illa quidè, non quatenus caro aut creatura est, sed quatenus Dei Dominiq; caro, diuinitati arctissima & indiuidua vnione iũcta, copulata, & ex ea & Verbo vna hypostasis cõstituta. Creaturam igitur adorari colique non debere cõcedimus, sed quæ creatura tantũ sit, & quatenus est creatura: homi-

Zuinglius
vbi supra
initio huius
libri, et in
frã, lib. 5.
cap. 6.

Corpus Do-
mini instru-
mentum.
Synecdo-
che.

Caro totus
Christus.
Ioan. 6.

Carnẽ Do-
mini spiri-
tualiter e-
dere.

Rom. 8.

1. Pet. 2.

Cyrillus in
defensione

Anathe-
matismi 8.

nem autem Christum adorandum colendumque certo certius, cum is homo naturæ diuinæ expers non sit, cuius gratiâ totus ipse adoratur Deus homo. Nec enim adoratio & cultus vt creaturæ & homini puro, sed vt Deo atque Creatori tribuitur. Ne quis hinc absurdum colligere velit, vt sic dicat Christum hominem adorari debere, esse autem Christum, quâ hominem, creaturam: adorandam ergo creaturam. Christus enim homo cultum quidem & adorationem etiam requirit, nedû admittit, sed non quâ creatura est, sed quâ verè & naturâ Deus. Quinquâ possent huiusmodi complexiones admitti, si propriæ rationis uotatio, quam vulgò Appellationem vocant, remoueatur, id est, subiecti, in quo est forma, non ipsius forme ratio habeatur, vt dicamus creaturam adorari, id est, Christum, cui quatenus homini, creaturæ notio conuenit, at non quâ creatura est, sine ratione & conceptu creaturæ. Ita lignum vrit, id est, carbo, qui lignum est, at non vt lignum, & mortale imaginem Dei recipit, homo nimirum mortalis, non tamen ratione mortalitatis siue mortalis corporis & caduci, sed quâ ratione & intelligentia præditus. Ita Christus homo, non quâ creatura, sed quâ diuinitate præditus est, adoratur. Idem de carne dicendû, eam non quâ creaturam (nec enim pura est creatura) sed quâ diuinitati vnitam, & ab ea inhabitatam, totâque complexam, occupatam, & assumptam, viuificam esse, imò vitam ipsam, & ita adorabilem, &c. Idem de anima sentiendum, & sanguine, rebus quidem peræquè creatiis, sed & creaturis peræquè non puris, vtpotè ab increato Verbo in vnitatem personæ susceptis, & diuinitati sic indiuisè vnitis, ac proinde adorandis, vt earum à Verbo & Deitate subtilis hæc & imaginaria siue cogitativa diremptio, nihil possit vel earundem siue in cœlis, siue in his sacris adorationi obesse Catholicæ, vel sacramentariæ, aut alioqui schismaticæ horum sine adoratione sumptioni, & communioni fauere (si quâ modo inter schismaticos, omnium verò maximè res hîc tam procul à signis absentantes, esse potest sumptio, aut communitio) Christi autem carnem, corpus, animam, sanguinem, res esse creatas & creatiis, vt passim

*Appellatio.**Carbo.**Homo. De
mini ima-
go.**Anima.**Sanguis.**Creatura**vox, an
Christo, e-
iusque na-
turis conue-
nit.**Thom. par.**3. quæst. 16.
artic. 10.*

Ad Eph. 2. datur, pro innumeris patrum orthodoxorum testi-
Psal. 21. niis, sic hinc satis vnius Hieronymi vel clarissimo clarius,
Ioan. 8. Multi, ait ad id, ipsius factura sumus, timore ne Christum
Gal. 3. creaturam dicere compellantur, totum Christi mysterium
Rom. 1. negant. Nos liberè proclamamus non esse periculum, eum
Gal. 4. dicere creaturam, quem vermem, & hominem, & cruci-
Caro ho- fixum, & maledictionem, totâ spei nostræ fiduciâ profi-
mo. temur. Ecquid hinc trepidaremus, aut non clamaremus quâ
Ioan. 1. talem, hoc est, quâ hominem, esse creaturam, cum Pau-
De Trini- lus apertè scribat hunc Dei Filium factum esse ex seme-
tate lib. 8. ne David secundum carnem, factum ex muliere, factum
Natura- sub lege, &c? At de huius creaturæ, carnis inquam, hoc
liter. est, totius humanæ naturæ (hunc enim totum hoc loco,
 Verbum caro factum est, aliisque de incarnatione locis
 sacris, caro significat) per unionem personalem à Verbo
 increato inseparabilitate in his etiam mysteriis. Sic no-
 ster vnus omnium Catholicorum ore Hilarius, Si (pro
 quia) verè Verbum caro factum est, & nos verè Verbum
 carnem *tibi Dominico* sumimus, quomodo non natura-
 liter, hoc est, per naturæ veritatem, nedum pro volunta-
 tis concordiam, manere in nobis existimandus est, qui &
 naturam carnis nostræ iam *inseparabilem* sibi homo na-
 tus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æterni-
 tatis sub *sacramento* nobis communicandæ carnis admi-
 scuit? Et citatis de corporis & sanguinis Dominici in hoc
 mysterio veritate ex Ioanne locis, more illi cum omni-
 bus penè patribus communi, Hac (ait) idcirco à nobis
 commemorata sunt, quia voluntatis tantum inter Patrè
 & Filium vnitatem hæretici mentientes, vnitatis nostræ
 ad Deum utebantur exemplo, tanquam nobis ad Filiū,
 & per Filium ad Patrem obsequio tantum ac voluntate
 religionis vnitatis, nulla per *sacramentum* carnis & sangui-
 nis naturalis cōmunionis proprietates indulgeretur, cum
 & per honorem nobis datum Dei Filij, & permanentem
 in nobis *carnaliter* Filium, & in eo nobis *corporaliter* &
inseparabiliter vnitatis, mysterium veræ ac naturalis vnitatis.

ris sit prædicandum. Super eadem carnis in his sacris à *Anno*
 Verbo indiulsione, Nicolaus Episcopus Methonensis 1230.
 (vt hîc quoque Græcos audiamus) Rebus, ait, nature cõ- *Matt. 26.*
 fueris (pane ac vino) hoc (arrabonem æternæ vitæ) fieri *Març. 14.*
 volens, iis suam diuinitatem coniunxit, dicens, hoc est *Luc. 22.*
 corpus meum, Hic est sanguis meus, Hoc facite, &c. Pro- *1. Cor. 11.*
 preterea ei credentes, ita offerimus panem perfectum, vi-
 num, siue corpus Christi, quod perfectum etiam post pas-
 sionem permansit & integrum, & à diuina vita insepara-
 bile, planè quale primus ipse noster ac magnus pontifex *1. Ioan. 1.*
 & sacrificus, & victima, suis discipulis tradidit: iique de-
 nuò, qui ab initio suis oculis Verbum intuiti sunt, eique
 ministrarunt, Catholicæ Ecclesiæ ab extremis ad extre-
 mos vsque terrarum limites tradiderunt. Libera Domi-
 ne, per misericordiam tuam ab hac impostura & demen-
 tia eos qui non rectè confitentur quem consecramus pa-
 nem & vinum, corpus perfectum, & sanguinem precio-
 sum esse Christi tui. Hæc illi. Audis, Catholice, quàm hîc
 Christi carnem semper & vbique & agnouit, & partici- *Concomi-*
 paut, & adorauit Ecclesia, quod qualéve in his sacris *taatis.*
 corpus, nempe nec sine anima, quia vinum: nec sine san-
 guine, quia perfectum, denique nec sine diuinitate, quo-
 niam ab ea inseparabile, vt non minus imperitè quàm
 impiè ad vitandam eius hîc adorationem confu-
 giant eius abominatores ad puram, & proinde
 minus adorandam Christi humanitatem,
 hoc est, ad id quod nusquam est, ac
 ne esse quidem secundum præ-
 dictam inseparabilita-
 tem vnquam
 potest.